46/1610 J

MONVMENTA ILLVSTRIVM VIRORVM, ET ELOGIA.

Cura ac studio

MARCI ZVERII BOXHORNII



AMSTELODAMI
Apud Joannem Janßonium,

Anno 1638

S F V F

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

For study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections

NOBILISSIMO HEROI

GVILIELMO DE RYT,

EQVITI. AVRATO. DOMINO. IN. BROVCHEM.
TOPARCHÆ. WOESTVESALIÆ. AC. WESTDORNIÆ. CHILIARCHÆ. COHORTIS. EQVESTRIS. DVCI. VRBIS SATRAPÆ. ET. MARCHIONATVS. CVRATORI.

AMPLISSIMIS. VIRIS

THOMÆ. DE. ROVCQ
WILHELMO: ADAMI. BOLLAERT
COSS.

DENIQVE

TOTI. INCLYTO. SENATVI
CIVITATIS
INTER. BRABANTIÆ. RELIQVAS
CELEBERRIMÆ
BERGARVM. AD. ZOMAM
PATRIÆ. MEÆ. SVAVISSIMÆ
QUÆ. ILLUSTRISSIMORUM. MARCHIONUM. SEDES
AMÆNISSIMA. AC. MERCATV. QVONDAM, FLORENTISSIMA. DVRANTIBVS. CIVILIBVS. BELLIS. FOEDERATORVM. BELGARVM. PRÆSIDIO TERRORIQVE. HOSTIVM. DESTINATA. FREQVENTISSIMOS. HORVM. INSVLTVS. INSIDIAS. CONATVS. AC. INPRIMIS. ARCTISSIMAM. OBSIDIONEM. DVCTV. AMBROSII. SPINOLÆ. ANNO CIↃ IↃ CXXII. INCHOATAM. CVM. MAXIMA. HISPANORVM. CLADE. GLORIA. SVORVM. INVIDENDO. OMNIBVS. SÆCVLIS. EXEMPLO. STITIT, REPRESSIT. CONTVDIT.

VIRTVTIS. EORVM. CAVSSA

PRÆSERTIM. MAGNANIMITATIS. AC. PRUDENTIÆ
INCOMPARABILIS
DENIQVE
OB
INVSITATAM. EORVMDEM
HVMANTATEM
QVA. NVPER. ADMODVM. PVBLICO. NOMINE. IN. AMPLISSIMA
VRBIS. CVRIA. SPLENDIDISSIME. SVM. EXCEPTVS
HÆC
ILLVSTRIVM. VIRORVM
MONVMENTA
L. M. Q.
D. D. D.

MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS
BERGOBZOMANVS.

LECTORI.

QVod doctiſſimo Romanorum Varroni olim placuit in adornando hoc opere ſequuti ſumus. Scripſit ille Hebdomadum ſive Imaginum libros aliquot, quorum Gellius, Symmachus, Nonius atque alii meminerunt. Illis ſeptingentorum illuſtrium virorum nomina, vultus, ac denique elogia complexus fuit. Ut non ſine Antiquitatis exemplo ſit, quod heic nunc præſtatur. Monumenta, quæ jam damus, illuſtrium toto orbe Virorum, olim in æs inciſa ſunt ſumptu & ſtudio nobiliſſimi viri Sigefridi Rybiſchii, opera vero Tobiæ Fendtii, civis ac pictoris Vratiſlavienſis, longe celeberrimi. Elogia quæ hactenus defuere, adjicienda huic editioni curavimus. Illa paſſim ex aliis excerpta, ut nihil fere hic noſtrum ſit præter colligendi laborem. A quibuſdam tamen deſtituti fuimus, ut vides. Sed & illud nobis debetur, quod lucem denuò videant, quæ propemodum erant ſepulta. Vale ac ſalve.

Free copy for study purposes. Digital Collections


MONVMENTA
CLARORVM
VIRORVM.

ELOGIVM ANTENORIS.



RTVS est Antenor ex nobiliſſima progenie Dardani Iovis filii: eadem ſcilicet, qua rex Priamus fuerat. Is autem vir magni ingenii atque conſilii, ſummæque probitatis atque prudentiæ fuiſſe perhibetur & unus præter cæteros eximiæ hoſpitalitatis. Hic ſiquidem, cum conſilium haberetur apud Trojanos de interficiendis Græcorum legatis, qui ad repetendam Helenam miſſi fuerant, motus pietate Priamum regem adiens à tali tantoque facinore, gravi & honeſta oratione deterruit: & ſic clam præmonitis legatis & adhibito fideli præſidio, una cum rege operam dat, ut ii ſervato jure hoſpitii, Lacedæmona incolumes ad ſuos, nullam paſſi injuriam remearent. Qui poſtmodum ibi, & in tota Græcia fidem Antenoris, & præconium hoſpitalitatis erga ſe mirum in modum, & pro merito (ut par erat) vehementer extulerunt: quid is de pace deque reddenda Menelao Helena, cum rebus omnibus quæ ſimul ablatæ fuerant, in conſilio Trojanorum cenſuerit referentes: eademque de Æneæ ſententia & judicio confirmantes. Ambo enim apud Trojanos inter præſtantiſſimos heroas præcipui habebantur: ut pote quibus primus locus, & proxima regi ſedes in civitate & ubique patebat: licet neutris bene conſulentibus aſſenſus, ob turbam filiorum pertinaciter adverſantium, in ea re tam neceſſaria præberetur. Quocirca eorum conſilium ſic ſpretum Trojanis male ceſſit: quandoquidem Græci poſt decennalem obſidionem per dolum Sinonis, ſub vaſta mole equi lignei intra mænia admiſſi, rapinis, cæde & incendio Ilium funditus everterunt: & in gratiam hoſpitalitatis præteritæ Antenorem & Æneam cum ſuis, quo vellent, ire illæſos & liberos eſſe voluerunt. Quod quidem malevoli non in gratiam vetuſti hoſpitii, ſed contra in gravem ſuſpicionem occultæ proditionis accipiunt. Adnavigavit ergo Antenor in Italiam una cum filiis & Trojanorum atque Henetorum copioſa multitudine, & ſuperato Ægeo Ionioque mari, per Thraciam, Dalmatiam ac Liburnum, ad hæc noſtra littora, Timaro flumine ſuperato, in interiorem maris Adriatici ſinum tranſgreſſus eſt: & per Medoacum fluvium provectus in continenti, loco ſaluberrimo, & ſimul fertiliſſimo, pulſis inde non multo labore Euganeis, Patavium condidit. Vnde Virg. Æn. 1.

Antenor potuit mediis elapſus Achivis
Illiricos penetrare ſinus: atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timari.
Hic tamen ille urbem Patavi ſedeſque locavit
Teucrorum: & genti nomen dedit, armaque fixit
Troïa: nunc placida compoſtus pace quieſcit.



Patauij. Antenoris Sepulchrum.

ELOGIVM
T. LIVII.



I æternam populi Quiritium Romani Majeſtatem, ipſa Terrarum Dea gentiumque Roma quanta ab origine qualiſque fuit, exprimendam ſibi deſumpſiſſet; jure dubites, utrumne, eloquentia majori, & quod proprium imperii illius, gravitate, id factura fuerit, quam autor ille; quem fortuna gentis, nunquam in memoria ac animis mortalium interituræ, huic deſtinaſſe muneri videtur. Qui ſic per ætates omnes, ab infantia, ad eam uſque, qua terrarum orbi, primò æmula, mox par, quo creſceret non habuit, cum militari diſciplina, ritibus, ſolennibus, decretis, plebiſcitis, legibus, ac magiſtratibus, divinis denique ac humanis immortalitati conſecravit; ut naſcenti ſimul ac ſurgenti, adfuiſſe dicas: ut cum ipſa creſcat ac aſſurgat; etiam cum opus eſt loquatur ac balbutiat. Adeo ut quod nutrices ſolent, emergentem primum, ac ſub lupa ſua vagientem, ſenſim altius producat. nuſquam magis quam de libertate ejus, cum qua natus eſt, ſollicitus. Nihil autem triſtius funeſtiuſve in tam pulchro corpore ac diffuſo, quam quod parte ſui deſiderium totius movet. Neque enim ſatis infeſtiſſimę Fortunæ videbatur, Romam ipſam, cum tot monumentis, thermis, cippis, ſtatuis, porticibus, ac ut loquitur vir Sanctus, effeciſſe ut mater eadem ſuorum eſſet & ſepulchrum, niſi ſpiritus divini viro, vocem alibi interrupiſſet, niſi ſacrum hoc depoſitum, aut veſtam potius, & flammam ſanctiorem ea quam Pontifices colebant, prope extinxiſſet. Qui, præterquam, quod non pauci libri perierunt, pedem quoque alibi, in iis quæ ſuperſunt, trahit: ſæpe & per hiatus alibi ſingultat.

HOMO
Free copy for Students
Digital Collections


T. LIV.
V. F.
T. LIVIVS
LIVIÆ T. F.
QVARTAE L.
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI ET SVIS
OMNIBVS.
DELPH. PET. DELPH. FIL.
MATTH. M. DAND. F. E. Q.
PRAETOR
PRAEFECTVS
OSSA TVVMQ. CAPVT CIVES TIBI MAXIME LIVC
PROMPTO ANIMO HIC OMNES COMPOSVERE TIBI.
TV FAMAM ÆTERNAM ROMÆ PATRIÆQ DEDISTI
HINC ORIENS ILLI FORTIA FACTA CANENS
AT TIBI DAT PATRIA HÆC ETSI MALORA LICERET
HOC TOTO STARES AVREVS IPSE LOCO.
T. LIVIVS QVARTO IMPERII TIB. CÆS.
ANNO VITA EXCESSIT ÆTATIS VERO
SVÆ LXXVI.
IVST.
OPT.
M. D. XLVII.

ELOGIVM CICERONIS.



TTIGIMVS humanæ culmen eloquentiæ: nam quo progrediatur ſtylus, non habet. Hic ille eſt Marcus Tullius, dono quodam providentiæ genitus, in quo totas vires ſuas eloquentia experiretur; par imperio Romano ingenium, os magnum, ſapiens, beatum, nectare & ambroſia diffluens, ex omnium ſæculorum, ingeniorumque virtutibus collecta in unum perfectio. Vir de quo dubites, an ipſe totus ex eloquentia, an ex ipſo tota eloquentia ſit confecta. Certe nihil eſt facundius: tot ſunt in eo virtutes, quot genera eloquentiæ; quot dicta, tot purpuræ; quot verba, tot flores. Achates eſt profecto ejus ſtylus, qui lapillus tam varii fertur generis, ut unum lapidem eſſe minime credas. Candidus quippe eſt, rubens, croceus, cinereus, viridis, niger, varius, cæruleus. quid moror? Huic uni nec omnium aliarum gemmarum colores ſufficiunt; ille lucos, prata, animalia, flumina, flores & arbores refert mirabili naturæ laſcivientis ludo. Haud diſſimiliter in Tullio amœna orationis varietate', omnes Rhetorum colores, omnes ingeniorum virtutes, omnes elegantiarum deliciæ, ad certamen uſque luxuriant. Grandis eſt, temperatus, laxus, acutus, preſſus, effluens, volubilis, lentus, velox, remiſſus, ſuavis, acer, inſignis, florens, pictus. Vnus omnia diffuſa per tot oratores ornamenta complexus eſt. Dicam excelſius. Proteus Ægyptius eſt, miraculum Homericum, multæ quidem ejus diverſæque formæ; in aquam funditur, in ignem accenditur, in leonem excandeſcit, in ſuem ruit, ſerpit in draconem, aſſilit in pantheram, aſſurgit in arborem. Quomodo? labitur ſine ſalebris grandis oratio? amnis eſt. Incaleſcit, ardet, inflammatur? fit incendium. Init prælia? nunc leonem rugientem, nunc irruentem aprum videre te credas. Animos auditorum ſubit per cuniculos? non ſerpens callidius ſe inſinuat. Aperte in hoſtes exilit? non panthera velocius emicat. Mox ablegato hoc forenſi genere ad philoſophiam convertit ſtylum? Arbor eſt Xerxis aurea, læta, ſublimis, colluſtrata, partim florum amœnitate, partim fructuum copia luxurians.

MONVMENTVM
Sepulchri M. T. CICERONIS *Inuentum in*
ZACYNTHO *Insula Venetorum Anno* M D XLIIII.
KL. *Decemb.*



ELOGIVM NÆVII POETÆ.



N. Nævius poëta Comicus illuſtris eſt habitus, Campanus fuit, ut à Gellio traditur in Atticis noctibus. Volcatius Sedigitus poſt Cæcilium & Plautum conſtituit illi tertium locum. Neque Licinio tantum, verum etiam Attilio Terentio, atque Turpilio præpoſuit. Scripſit Nævius præter Punicum bellum Comædias ac Tragædias ſtylo inprimis erudito & gravi, ut veteres teſtantur. Comædias aliquot exemplo Græcorum compoſuit probris, atque maledicentia plenas, in quibus Romanæ civitatis principes acriter eſt inſectatus: ut qui Metellum conſularem virum, & P. Scipionem Africanum maledictis ſuis oneraverit. Sic enim de Scipione:

Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſe
Cujus facta viva nunc vigent: qui apud genteis ſolus
Præſtat, eum ſuus pater cum pallio una ab amica abduxit.

Hinc factum eſt, ut poëta Nævius in vincula conjiceretur à Triumviris, propter immoderatam verborum petulantiam, ac mordacitatem.


ELOGIVM ENNII.



Vemadmodvm autem ea eſt laus Nævii, quod primus carmine ſignarit bellum Romanum; & luculente quidem, ut ait Tullius, ita Ennio debemus, quod non paullo id politius fecerit, & perfectius: idque, ut ſuperius cæpimus dicere, verſibus Heroicis, ob quorum majeſtatem ita eum celebrat Lucretius in primo.

Ennius ut noſter cecinit, qui primus amæno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Et auctore panegyrici Maximiniano Aug. dicti, vocatur Romani carminis primus autor. Obiit Ennius ſeptuagenario major, anno Vrbis IↃ CLXXXV, Marcio Philippo II, & Cn. Servilio Cæpione Coſſ. ut Cicero in Bruto & Catone Majore perhibet. Ac magnus ſane ei honos habitus à ſuperiore Africano, & fratre Aſiatico ſi in ſepulchro ſuæ gentis collocari voluerunt, & præterea poëtæ effigiem è marmore ſepulchro impoſuere.


IMMORTALES MORTALES SI FORET FAS FLERE
FLERENT DIVÆ CAMOENÆ NEVIVM POETAM
ITAQ POSTQVAM EST ORCHIO TRADITVS THESAVRO
OBLITI SVNT ROMÆ LINGVA LATINA LOQVIER.
ASPICITE O CIVES SENIS ENNII IMAGINIS FORMAM
HÆIC VOSTRVM PANXIT MAXVMA FACTA PATRVM
NEMO ME LACRIMIS DECORET NEQ FVNERA FLETV
FAXIT CVR VOLITO VIVVS PER ORA VIRVM.
Roma
4

ELOGIVM PACVVII.



Ar. Pacuvius in ſcribendis Tragædiis nobilis, iiſdem fere temporibus natus eſt, quibus Cato quæſtorius, & Metellus clariores in urbe habebantur. Quidam tradunt illum fuiſſe ex Brunduſio Calabriæ Vrbe. Nepos fuit Quinti Ennii, quod Euſebius ac Plinius referunt. Romæ vixit in ſumma claritate nominis. Commendatur maxime illius ingenium, & nativa quædam facilitas in capiendis liberalibus diſciplinis. Neque defuit illi ſtudium pingendi, quod & C. Plinius indicat, qui Pacuvii poetæ opera in magno honore à veteribus habita affirmat: eaque in primis, quæ in æde Herculis foro boario perfecit. Quocirca clariorem fecit eam artem in Vrbe propter gloriam ſcenæ. Idem Pacuvius amplum ac ſonorum dicendi genus ſequutus eſt, ut M. Varro teſtatur. Quod ſi durior alicubi, ac prope horridus habitus eſt: id ipſum tamen non vitio illius, ſed temporum aſſcribitur: nam Fabius Quintilianus aperte aſſerit, clariſſimum fuiſſe Pacuvium gravitate ſententiarum, verborum pondere & autoritate perſonarum. In qua ſententia & M. Cicero fuit, qui hunc ex cæteris omnibus in Tragædia facile præfert, carmenque illius magnopere commendat.


ADOLESCENS TAMET SI PROPERAS
HOC TE SAXVM ROGAT VT SE ASPICIAS
DEINDE QVOD SCRIPTVM EST LEGAS
HIC SVNT POETE PACVVII
MARCI SITA OSSA
HOC VOLEBAM NESCIVS NE ESSES
V. A. L. E.
D. M.


Romæ.


ELOGIVM OVIDII.



ESTABANT in Poëſi adhuc relliquæ virtutes, quas vix animo conceperant, qui cæteros non ſine cauſa mirabantur. Facilitas, ſimplicitas, acumen ac velocitas. In primis autem ſuavitas. Quæ virtus ut eſt cæterarum prima, ita ex his conſtat. Quæ in Pub. Ovidio Naſone equite Romano', ſalva linguæ puritate, tales ſunt ac tantæ: ut, ſi aliorum majeſtati cedat, de qua in diverſo genere ne cogitavit quidem, nullum reperire poſſis, cui in poëſi loco cedat. Et quod magis admirere, nemo ei tam diſſimilis reperiatur, cui non virtutibus diverſis vel ſuperior vel par ſit. ut ſecundus à Marone, ita primus cæterorum: neque minus tamen, prope ultimus bonorum. Nam quemadmodum antiquos lactea (quod recte ſummus ævi noſtri Criticus de eo judicat) facilitate emollivit, ita pondus ex acumine & nervos characteri ſuo addidit. Quibus nervis paulo poſt declamatores, primo linguam, mox poëſin, enervarunt. Vnum me-tuo, ne cum ad brevitatem, tempore iniquo, quod nunc urget, compellamur, ultra metam impetus nos ferat. De eo enim nobis ſermo, quem vel admirari poſſe oratoris magni ac poëtæ ſemper judicavi, etiam cum parum intelligerem aut didiciſſem. Poſſe autem imitari, poſtquam Græcos & poëtas & artifices dicendi ſerio expendi, non judi-cii aut eruditionis, qua excellit, ſed naturæ rem ac voti eſſe. Ex antiquioribus, eos, qui de-ſinere eum poſſe negant, judicare potuiſſe, viri magni jam negarunt. qui fortaſſe nec in-cipere unquam in poëſi potuerunt. Neque cogitabant, aliud vigorem, ac ingenii fæcun-ditatem, aliud ineptam redundantiam in ſcriptis eſſe. Eo enim noſter hic provectus, ut cùm admirationem iſtis, ſi dîs placet, criticis exprimere non poſſet, æmulationem, quam inepte prodiderunt ac invidiam, expreſſerit. Qui virtuti ſuus ac præcipuus trium-phus eſt.

TVMVLVS OVIDII POETÆ
in finibus Græciæ et Valachiæ.






Euripidis Epitaphium.

ELOGIVM PERSII.



Irari ſubiit non ſemel, de obſcuritate Perſii verba feciſſe illum virum, cui nihil erat obſcurum. Certe aliud Quintilianus judicabat, cum vera laude dignum pronuntiaret: aliud Hieronymus, cum diſertiſſimum Satyricum, vocaret: mihi quoque non pauci hujus poëtæ verſus ita clari & λαμπρὰ videntur, ut vel in cifio à mediocriter doctis legi poſſint, quare non totus liber profectò eſt obſcurus: ſed loca tantum nonnulla. Quid? ſolus hic obſcurus? non etiam optimus quiſque attentiſſimum & πολυμαθέσατον requirit lectorem? non commemorabo Thucydidis τὰς περιφράσεις, τὰς ἐμπεριβολὰς, τὰ γλωσσηματικὰ καὶ ξένα τὰ ἀναγκαῖα, & ſimilia multa quibus obducta caligo ingens illius hiſtoriæ. Silebo Platonis τὰς ἀνεφάτους καὶ ἀπηνεῖς μεταφορὰς, de quibus Longinus. hoc ſolum dicam, maximarum difficultatum ea potiſſimum ſcripta eſſe plena, quæ omnium ſæculorum docti homines maxime ſunt admirati. Quis Pindarum intelligeret aut Ariſtophanem, abſque eorum interpretibus foret? quis Græcis literis doctus choros tragicorum inoffenſo pede percurrit? Theocriti τὰ σκληρὰ notant veteres critici: neque indignentur. nos offendent Perſianæ difficultates? & qui laborioſas illius opilionis ineptias non gravamur: tam ſeverum hujus carmen ut intelligamus, operæ nos pænitebit? Porro obſcuritatis hujus diverſas cauſas afferre poſſumus, eaſque certiſſimas. in auctore ſunt aliquæ, aliæ extra illum, quædam in interpretibus. Non negabo obſcura quædam eſſe in quarta, prima quoque: ſed poëtæ facile ignoſco, cum cogito crudelitatem ejus, in quem illa erant, metu de induſtria atramenti ſepiarum aliquid eſſe affuſum: neque dubito ſapientiſſimum præceptorem Cornutum adfuiſſe, qui vetus verbum crebro illi inſuſurraret Σκόλιον; & quod etſi diſerte Probus, ſive quicunque eſt vitæ ſcriptor, non dicit, ea tamen narrat ex quibus hoc debeamus colligere.



Volaterris ante ædes Leonori.

ELOGIVM LVCRETII.



AM in Tito noſtro quæ Chriſtianæ adverſantur religioni, maximi quidem illa ſunt ponderis, ſed tam perſpicue ſunt falſa, ut nemini ea fraudi eſſe poſſint Chriſtiano, qualia modo commemorabimus. Vnde & Arnobius acerrimus fidei noſtræ defenſor, à Titi lectione deterritus non fuit, ejuſque auditor Firmianus. Admirabilis autem & ridicula de minutis illis corpuſculis ſententia quid habet quæſo periculi, cum nullo negotio refelli poſſit? Imo utilitatem hanc ea res adfert ſummam, quod dum in falſa ea incidimus, de rerum obſcuritate & naturæ decreto, accuratius etiam de vero ipſo cognoſcendo laboremus, ejuſque rationes melius percipiamus, perceptas memoriæ infigamus firmius. Certe videant prudentes in r. p. viri, an non ſit utilius adoleſcentes, quo veras de natura & Dei operibus perceptiones cognoſcant; audire falſa etiam aliorum dogmata, eaque à præceptoribus refelli: atque ita in graviſſimis ſimul ac ſuaviſſimis verſari rebus; quàm volutari aſſidue in ſpurciſſimis illis poëtis, quorum ex veteribus ſuperſunt non pauci; ex recentioribus, pro pudor, ſuccreverunt plurimi. Certe in hoc poëta omnia gravitatis ſunt plena: nulla intemperantiæ nota, aut veſtigium, uti mox dicam. Neque Lucretium noſtrum eo ſolo nomine reſpuendum quis putet, quia ſummam ac divinam ingenii ſui vim, & orationis ſplendorem incredibilem, ad impia illa & puerilia potius, quam ad gravioris familiæ vera decreta exprimenda, contulerit. Id enim ſeculo illi adſcribendum certe eſt: quo tempore utipſe iniquiſſimus huic ſectæ M. Tullius ſæpe teſtatur, Epicuri ratio omnibus erat notiſſima. Omnes fere præſtantiſſimi viri eam diſciplinam profitebantur, quam & mox Horatius, Virgilius, Propertius, nobiliſſimi Poëtæ ſunt amplexi. Neque vero, quæ in hoc Scriptore ſunt, omnia vel impia ſunt vel inepta; quin præclara in eo continentur multa, multa lectione & obſervatione digniſſima.

M. VALERIVS MAXIMVS SACERDOS. D. S. I. M.
STVD. ASTROLOGIE SIBI ET SEVERIAE
APR. VXORI. H. M. H. N. S.

Mediolani.

A. Q. LVCRECII HISTORICI AC POETE
CONDITORIS VERISSIMI, CVI OB EXCEL-
LENTIAM INGENII STATVA CONDONA-
TA AC CIVITATI CESENAE ROMAN. CO-
LONIAE DEDVCTE IN HOC SACRO
MONTE DEDICATO.

Cesenae.

ELOGIVM CLAVDIANI.



Oëta eſt, non qui fabularum obſcuris ambagibus aures potius titillet, quam animum inſtruat. Nulla in eo nugarum ſcite coagmentarum ſeries, quæ blando errore à gravioribus ſtudiis ad Sirenum cantus menteis deducat. Graviſſimus & compoſitæ ad politicam doctrinam nervoſitatis ſtylus. Materies, laudum principalium omne genus. Si armatam virtutem requiras, quis mille ducentis annis Fl. Stilicone fortior miles, imperator circumſpectior? Nam de ultimis ejus contra Romæ Fatum conatibus ſermo hic eſt. Quis ſtrenuior lapſam Remp. contra Barbaros undique inundanteis domeſticaſque Rufinorum & Eutropiorum molitiones inſtaurare, & reſtitutam vi & armis invictis tueri? Abſolvit ſane bellicam felicitatem in ejus viri pro Rep. præliis, jam cadens Romana Fortuna. Si pacificas artes, & Togæ decora contemplari libet, quid perfectius ſtudiis ſapientiæ vel cogitare poſſis, quam fuere Ordinarii Conſules, Proborum ſanguis? quam fuit Manlius Theodorus, quem cum perfecta brevitate auctor noſter laudare vellet, ſinceram omnium virtutum congeriem nominavit? Si miſtam bellicæ magnanimitati togatam prudentiam conſpicari libet, in ſpeculo illam intuendam præbet Theodoſius, ultimus fere Romanorum, quod ille de Q. Caſſio dixit. Iam incomparabilis hujus Chriſtiani principis laudeis in ipſius & filiorum Arcadii Honoriique perſonis, nemo pictor depingat clarius, quam ingenio ad omnia ſumma nato noſter Claudianus. Et his tantorum Heroum præconiis non tumidum aliquem, non imbellem ſtylum applicuit. Sed per facta altiſſima æquali & ambidextro cothurno inceſſit, qui & rebus ſufficiat clariſſimis, & non exuberet ſtolida quadam tumoris adfectatione, quæ genus dicendi magnificum plerumque contaminare ſolet.

CLAVDII CLAVDIANI V. C.
CLAVDIO CLAVDIANO V. C. TRIBVNO
ET NOTARIOR. INTER CAETERAS IN-
GENTES ARTES PRAE GLORIOSISS.
POETARVM LICET AD MEMORIAM
SEMPITERNAM CARMINA AB EODEM
SCRIPTA SVFFICIANT. AT TAMEN TESTI-
MONII GRATIA OB IVDICII SVI FIDEM
D D. N N. ARCADIVS ET HONO-
RIVS EELICISS. AC DOCTISSIMI IMPP.
SENATV PETENTE STATVAM
IN FORO DIVI TRAIANI
ERIGI COLLOCARIQ. IVSSERVNT.

EN ENI BIPTIAIOIO NOON
KAI MOKAN CMEIPOT
KAAVDIANOV. KOMIT. KAI
BACIAEIC EOETAN

Romæ sub la marmorea.


C. PLINII VERONEN-
SIS HISTORIARVM
N. L. OMNIVM MEMO-
RIAM DEDIT NEC
NON TC N M XXXV.
CONS K Y MACER E R.

In ripa Benaci lacús.

ELOGIVM VIRGILII.

NOlo me pronuntiaturum ſperetis de palma Homero aut Maroni adjudicanda: eam ego laudem vel invidiam doctioribus concedam, qui ad eum gradum ſapientiæ perveniſſe me negem, ut judicio aggrediar tantas componere lites, quæ ad ipſius arbitrium rejiciendæ fortaſſe ſint Iovis, qui ipſe invidiam eludens, de formis divinis cognitionem ad homines remiſerit. Tantum dicam, Maronem, non ut Platonem, poëmata ſua igni damnaſſe, quod longo intervallo ab Homericis relinquerentur; ſed quod ſecundiores curas prudentiores judicaret, nec ſpatium recognoſcendis verſibus fatum intempeſtivum dediſſet, qui tamen ſunt ejus generis, lambendo ab auctore more urſæ efficti, & ad pauciſſimos redigi ſoliti, ut nullius ævi ſequentis cura, grandiloquentiam parem, muſicam, æquabilitatem, nitorem, venerem aſſequi potuerit: ut non immerito illis auditis, autori in theatro Romæ ceſſum & aſſurrectum ab omni cive fuerit, & à patre patriæ eloquentiæ ſpes altera Romæ exclamatus rubuerit: à peritiſſimis itidem publico ſuffragio ἀμίμητος, ἀμιώμητος μισομίμης renuntiatus eo elogio, ut ſine eo duce fruſtra etiam Muſarum fores pulſari dicerentur, quem priſca religio, Maiæ matris ſomniis, lauru cunabulari, populo item fætarum votis nobilitato, Alexandri imperatoris larario, ſacrarioque, ſupra hominem evehere non dubitarit.

QVI CINERES? TVMVLI HAEC VESTIGIA CONDITVR OLIM
ILLE HOC QVI CECINIT PASCVA RVRA DVCES.



Ante Neapolim in aditú cauernæ montis Paúsilypi. 10

ELOGIVM ACCII SYNCERI SANNAZARII.



Va tempeſtate, inquit Scaliger, melioris vitæ officia Bononiæ auſpicatus ſum, habui ſtudiorum ſocium Pacium Aquilium civem Romanum, qui antea militiæ quoque fuerat contubernalis. E Calabria igitur commeatus gratia cum veniſſet Neapolim, decedens inde ſecum attulit Eclogam Sannazarii, cui titulus eſt Lycon, ac præter eam ex Chriſteide (ſic enim appellabat) aliquot carmina ſane quàm luculenta. Quorum mihi nunc cum in mentem venit, non poſſum non didiciſſe ex judicio tanti viri, qui opus divinum illud ſuum, mutato conſilio poſtea non Chriſteidem, ſed de Partu virginis inſcriptum maluit. Idem primus epigramma cultum dediſſe creditur à nobis: primuſque argutias terſas oſtendiſſe. In carmine quoque paſtorali ſolus legi dignus omnium, qui poſt Virgilium ſcripſere. Memineris illud oraculum noſtrum, pauca licere perfecto Poëtæ, non quodvis argumentum, non quævis vox, non quævis junctura vel vocum, vel numerorum inter genuinas legitimasque referri debet. Hoc ille, ſi quiſpiam alius, præ oculis habuit.




In Margolline littoralis monasterio extra Neapolim: Sannazarij sepulchrum.

ELOGIVM
ÆMILII Pauli PAPINIANI.



VRIS civilis cognitionem Papinianus, Hoſtilio Papiniano atque Eugenia Gracili natus, à Scævola didicit. Procurationem Fiſci poſt Septimium Severum exercuit, cui quod vel ex condiſcipulatu, vel affinitate per ſecundam uxorem (nam id quoque traditur) vel conſuetudinis gratiâ, amiciſſimus erat. Vbi ille rerum potitus eſt: Papinianum præfectum prætorio conſtituit, non, ut ait Politianus & Cotta, urbis. Quo in Magiſtratu Paulum atque Vlpianum diſcipulos ſuos aſſeſſores habuit. Idem Princeps ei moriens filios ſuos commendavit, Quorum alter Antoninus Baſſianus Caracalla à patre poſthabitus, ad imperium tamen favore exercitus cum perveniſſet, Getamque de medio tollere in animo haberet, & de inſidiis ejus apud Prætorianos milites in caſtris queſtus eſſet, Papinianus, etiam tum Prætorii præfecturam obtinens, fratrum concordiam quam potuit maxime fovit, egitque ne Geta occideretur. Qua de re, cæſo jam fratre, infenſus ei Caracalla, tametſi eum cum cæteris concordiæ miniſtris perdere deſtinaſſet, ei tamen innitens, à Capitolio in palatium rediit. Nec multo poſt aliis compluribus ſublatis, qui fautores fuerant Getæ, à militibus, non ſolum permittente, verum etiam ſuadente Caracalla, occiſus traditur. Sunt qui in conſpectu ejus ſecuri percuſſum, & à militibus confoſſum ſcribant, ideoque carnifici dixiſſe Principem, Gladio te exſequi oportuit juſſum meum. Cauſſa mortis utcunque aut prætextus certè atque occaſio, amor Papiniani non tam in Fratrem, quam in concordiam utriuſque fuit: Proditum tamen variè memoriæ eſt. Multi dixerunt Caracallam occiſo fratre mandaſſe Papiniano, ut & in Senatu per ſe & apud populum facinus dilueret: illum reſpondiſſe: Non tam facile parricidium excuſari poſſe quam fieri. Hunc finem immeritiſſimo habuit vir ſanctitate morum, ſcientia ac rebus geſtis inclitus, qui juris aſylum, qui doctrinæ legum theſaurus fuerat, ex cujus ludo, tanquam ex equo Trojano, innumerabiles ſcientiæ civilis procereş exierant.


AEMILIO PAVLO PAPI
NIANO PREFECTO PRAE
TORIO IVRISCONSVLTO
QVI VIXIT ANNOS XXXVI
DIES X. MEN. III. PAPINI
ANVS HOSTILIVS EVGE
NIA GRACILII TVRBA
TO ORDINE IN SENIO
HEV PARENTES FE
CERVNT FILIO
OPTIMO.
Romæ
M. AVFIDIO FRONTONI PRO
NEPOTI M. CORNELII FRONTO
NIS ORATORIS COS. MA
GISTRI IMPERATORVM L. AN
TONINI NEPOTI AVFIDII
VICTORINI PRE
FECTI VRBIS II. COS.
FRONTO CONSVL FILIO
DVLCISSIMO.
Patauij.
17.


ELOGIVM D. ERASMI ROTERODAMI.



Agnus Desiderius Erasmus Roterodamus. Magnum dixi, nam qui eum minorem facere nisi sunt, hoc tam immaturo judicio se ipsos ivere depressum. Conceptus Goudæ, Roterodami natus est anno 1467. Patrem habuit Gerardum Sevenbergensem, matrem Margaretam, Petri Medici filiam. Pater cui uxorem per parentes ducere non licebat, sacris initiatus est, tantæque in dicendis concionibus facundiæ fuisse perhibetur, ut *Praet* vulgo nominaretur. Desiderius Erasmus prima studiorum Tyrocinia Trajecti, & deinde Daventriæ egit. Parentibus mortuis Canonicis regularibus in Syon prope Delfos in disciplinam traditur. Vnde in Steinense ejus ordinis prope Goudam Cœnobium concessit; ubi præter humaniorum litterarum, quas sub Cornelio Aurelio gnaviter prosequebatur, pingendi artem etiam addidicit. Imago Christi crucifixi ab Erasmo depicta, olim in Cornelii Musii Delfensis musæo videbatur, cum hac subscriptione.

Hæc Desiderius, ne spernas, pinxit Erasmus,
Olim in Steynæo quando latebat agro.

Mox cursu studiorum absoluto, scriptisque in vulgus editis tantam eruditionis & virtutis famam est consecutus, ut à regibus & principibus in Germaniam, Italiam, Angliam aliasque Europæ regiones magnis præmiis sit evocatus. Eruditionis & diligentiæ fuit inexhaustæ. Tantum doctissimorum librorum condidit, ut merito de ipso, quod olim de Togatorum doctissimo, dici possit; tantum eum scripsisse ut nihil videatur potuisse legere, tantum legisse ut nihil videatur potuisse scribere. Erasmus à Maria Hungarorum regina in Brabantiam evocatus, anno 1536. magno publici egregii damno vitam cum morte commutavit, annos natus 70. Nemini eruditorum epitaphia plura scripta sunt, quam isti. Vitam ejus Beatus Rhenanus, scriptorum syllabum Conradus Coclenius & Hadrianus Barlandus, vorsâ ille, hi prosa oratione, consignarunt.



CHRISTO SERVATORI S.

DES. ERASMO ROTERODAMO VIRO OMNIBVS MODIS MAXIMO, CVIVS INCOMPARABILEM IN OMNI DISCIPLINARVM GENERE ERVDITIONEM PARI CONIVNCTAM PRVDENTIA POSTERI ET ADMIRABVNTVR ET PRÆDICABVNT. BONIFACIVS AMERBACHIVS. HIE: FROBENNIVS. NIC. EPISCOPIVS. HEREDES ET NVNCVPATI SVPREMÆ SVÆ VOLVNTATIS VINDICES, PATRONO OPTIMO, NON MEMORIÆ QVAM IMMORTALEM SIBI AEDITIS LVCVBRATIONIBVS COMPARAVIT, IIS TANTIS, PER DVM ORBIS TERRARVM STABIT SVPERFVTVRO AC ERVDITIS VBIQVE GENTIVM COLLOQVVTVRO SED CORPORIS MORTALIS QVO RECONDITVM SIT ERGO, HOC SAXVM POSVERE

MORTVVS EST · 4 · EIDVS IVL.
IAM SEPTVAGENARIVS ANN. A CHRISTO NATO
M. D. XXXVI.

Basilee.

ELOGIVM CONRADI CELTIS.



Onradus Celtes Protucius, quem Ieannes Camers, in epitaphio ejus, rhetora & hiſtoricum appellat; in pretio erat temporibus Frederici Imp. à quo ſuaſu Frederici, Saxoniæ Ducis, laurea poëtica eſt ornatus, anno ætatis XXXII. Primus autem Germanorum hoc titulo decoratus fuit. Atque eo nomine Cæſari Frederico gratias ipſe agit, Od. I lib. I. Sed præcipue claruit regnante Frederici filio, Maximiliano Imp. Meminit Conradi hujus inter temporis ſui poëtas Lilius Gyraldus dial. II. Natus fuit honeſta apud Francos familia Suinforti ad Mænum haud longe ab Herbipoli, Kal. Febr. anni CIↃCCCCLIX; quo ipſo Maximilianus Cæſar natus, ſequentibus Idibus Martis. Heidelbergæ auditor fuit Rodolphi Agricolæ, aliorumque in aliis Germaniæ Academiis. Item in Italia, Patavii quidem audiit Io. Calpurnium Brixienſem, Ferrariæ Guarinum, Bononiæ Philippum Beroaldum, Florentiæ Marſilium Ficinum, Venetiis Antonium Sabellicum, Romæ Pomponium Lætum. Cætera ad vitam ejus pertinentia ſcripſit Sodalitium literarium Rhenanum, cujus de vita ejus libellus præmittitur poëtæ hujus odarum libris Argentorati excuſis anno CIↃIↃXIII. Inter alia Hiſtoriam reliquit de ſitu Norimbergæ, de ſitu & moribus Germaniæ, de ſilva Hercinia, & vita S. Sebaldi. unde ipſe ſic fere canit, Od XI. lib. III.

Nam longa bene lucubratione
Deſcripſi Herciniæ vagos receſſus,
Urbem cum populo illiuſque mores,
Artes, mænia, porticus, & ædes
Privatas, ſuperiſque dedicatas,
Et quîs publicus uſus intereſſet:

Ac paulo poſt,

Divus quin etiam fuit Sebaldus
Noſtris carminibus polo locatus.

Pro tanto labore queritur ſe exiguum præmium reportaſſe, Ait enim

Bis denos mihi Noricus Senatus
Parvi ponderis aureos dicavit,
Quos miſſos meritis meis recepi.

D· O· M· S·

CON. CELTI PRO. OSTRO
FRANCO POËTÆ EX
TESTA: POSITVM

V· I
V· O

Ø ANN· CHRISTI M. D. VIII.
II· NO. FEBRV. VIXIT
ANN. XLVIIII. DIES TRES.

For research purposes only - The Warburg Institute Digital Collections

Viennæ.


ELOGIVM AVGVSTINI WÆCELII.

VIATOR, HVC ANIMVM PRECESQVE DIVORTAS
AVGVSTINI TE WÆCELII ROGANT MANES
SACRIS DICATVS LINGVA LITTERIS, FLORENS
INTER IVVENTÆ MEDIAM PERII SPEM, DIRO
AVSV LATRONIS. O TRAGICA SCELERA! MENSE
NOVEMBRI, ANNO M.D.XVI.

Private Collections - The Warburg Institute - Free Collections

VIATOR HVC ANIMVM PRECESQ. DIVORTAS.
AVGVSTINI TE WAECELI ROGANT MANES
SACRIS DICATVS LINGVA LITERIS FLORENS
INTER IVVENTAE MEDIAM PERII SPEM DIRO
AVSV LATRONIS O TRAGICA SCELERA EITO
MEN. NOVEMB. AN. M. D. XVI.


Tübingen




Stuttgardiae.

ELOGIVM LVDOICI ARIOSTI.

LVdoici Arioſti humantur oſſa
Sub hoc marmore: ſeu ſub hac humo: ſeu
Sub quicquid voluit benignus hæres
Sive hærede benignior comes: ſeu
Oportunius incidens viator.
Nam ſcire haud potuit futura: ſed nec
Tanti erat vacuum ſibi cadaver,
Vt urnam cuperet parare vivens;
Vivens iſta ſibi tamen paravit
Quæ ſcribi voluit ſuo ſepulchro,
Olim ſi quod haberet is ſepulchrum;
Ne cum ſpiritus, hoc brevi peracto
Præſcripto ſpacio, miſellos artus,
Quos ægre ante reliquerat, repoſcet;
Hac & hac cinerem, hunc & hunc refellens
Dum noſcat proprium diu vagetur.



LVDOICI ARIOSTI HVMANTVR OSSA
SVB HOC MARMORE: SEV SVB HAC HVMO: SEV
SVB QVICQVID VOLVIT BENIGNVS HÆRES
SIVE HÆREDE BENIGNIOR COMES: SEV
OPORTVNIVS INCIDENS VIATOR.
NAM SCIRE HAVD POTVIT FVTVRA: SED NEC
TANTI ERAT VACVVM SIBI CADAVER
VT VRNAM CVPERET PARARE VIVENS
VIVENS ISTA SIBI TAMEN PARAVIT
QVÆ SCRIBI VOLVIT SVO SEPVLCHRO,
OLIM SI QVOD HABERET IS SEPVLCHRVM
NE CVM SPIRITVS HOC BREVI PERACTO
PRÆSCRIPTO SPACIO MISELLVS ARTVS
QVOS ÆGRÉ ANTÉ RELIQVERAT, REPOSCET.
HAC ET HAC CINEREM, HVNC ET HVNC REFELLENS
DVM NOSCAT PROPRIVM DIV VAGETVR.



Ferrariæ Ludoici Ariosti poetæ insignis sepulchrum

ELOGIVM EVRICII & VALERII CORDI.



NNO Christianæ Epochæ, milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo ſexto, Philippus Haſſiæ Landgravius novam Cattorum Academiam erexit. In hac igitur primus Apollineam artem profeſſus eſt Euricius Cordus, Haſſiacus, natus in viculo cui nomen Simehuſa, unde & Simehuſii cognomentum aliquando adſumpſit. parentem habuit ruſticanum quidem, ſed honeſtum & mediocribus facultatibus, utpote cujus

Plura prehendentem quam centum jugera fundum
Fœcundos genitor ſolus aravit agros.

Ex aliis Scholis Lipſiam ablegatus eſt, ſub annum decimum ſeptimum ſupra mille quingentos, eoque ſecum attulit Bucolica ſua, quæ ſtudioſis volentibus audire privatim explanavit. Erphordiæ deinde Ludum litterarium aperuit, ſuaque induſtria Academiam illam Thuringicam multis nominibus reddidit celebriorem. Poſtea ad medicam artem ſe contulit, & anno viceſimo primo Italiam petiit, ac Ferrariæ inter alios audivit Nicolaum Leonicenum, jam nonagenarium, atque Ioannem Manardum medicos. Eruditionem itaque ſuam, & vitæ integritatem morumque elegantiam, quum viris in Italia doctis luculenter probaſſet, ſumma eum voluntate medici Ferrarienſes ſuo ordini adſcripſerunt, titulos conferente illi Nicolao Leoniceno viro in re medica ſummo. Reverſus in patriam Erphordiæ docuit, ad annum uſque vigeſimum ſeptimum poſt milleſimum quingenteſimum, quo cum Marpurgi tenuiora eſſent Scholæ, ut fit, initia, ipſe inter primos primi rectoris Ioannis Ferrarii, Montani Amelburgenſis, collegas eſt deſignatus cum Hermanno Buſcio, aliis. Poſt ſeptennium Marpurgo, ubi invidia premebatur, Bremam invitatus abiit, ibi quomodo habitus ſit ipſe profitetur:

Excepit placido me pia Brema ſinu.
Quæ non vile ſupra mihi pacta ſolaria donum
Gratuitæque dedit commoda tecta domus.
Et, quo non ego me dignor, veneratur honore,
Inter primates dans reſidere ſuos.

Exemptus hic cum fuiſſet occupationibus medendi, & rude donatus, publice medicam in Atheneo ipſius urbis celeberrimo artem docuit, ſcriptiſque propagavit publice. Hoc ergo modo cùm inclyto Bremenſium Lyceo ſalutariis conſiliis, & quibus poterat modis profuiſſet, vitamque omnem cum gravitate annorum, & autoritate præcipua conſumſiſſet; tandem bene actam vitæ fabulam cataſtrophe beata clauſit, anno Chriſti trigeſimo quinto, alii octavo, die vigeſimo quarto Decembris, relicta tum à ſe, tum à libris, egregia doctrinæ laude, quæ eſſet immenſa, ſi filio Valerio abſolvere id, quod uterque inſtituerat, licuiſſet.

Romæ ad S: Mariam de anima

VALERIO CORDO SIMESVSIO HESSO, EVRICII
MEDICI ET POETÆ FILIO, MORIBVS INGENIO
COMITATE PRÆSTANTISS. DOCTORVM OMNIVM
ADMIRATIONEM MERITO, QVI NATVRÆ
OBSCVRITATEM ET HERBARVM VIRES ADO-
LESCENS SENIBVS EXPLICAVIT: CVM EXPLERI
CVPIDITATE COGNOSCENDI NON POSSET,
PERLVSTRATA GERMANIA ITALIAM ADIIT,
VENETIIS IN HONORE HABITVS, ET RO-
MAM VIX INGRESSVS, SVBITO MORBO IN-
TER AMICORVM LACHRYMAS NON RECVPERABI-
LI STVDIORVM IACTVRA FLORENTE ÆVO
EXTINGVITVR, ANNO ÆTAT. XXIX. M.D.
XLIIII. VII. CAL. OCT.

INGENIO SVPEREST CORDVS, MENS IPSA RECEPTA EST
COELO: QVOD TERRÆ EST, MAXIMA ROMA TENET.

ELOGIVM ANGELI POLITIANI.



Nter ea ingenia quæ reſtaurandis literis cum favente fato præfuerumt, vel cum primis neſcio etiam an ullo pare, ſemper ego æſtimavi Angelum Politianum; tanta in eo viro dexteritas quocunque literarum ſe verteret, fuit, ut nec nunc ſatis admirari dotes incomparabiles poſſit, licet nonunquam tanto Heroi iniquior, Poſteritas. Nec admiratus ego ſolum hunc hominem ſemper ſum, ſed quæ ejus in ſcribendo ſingulares Gratiæ ſunt, amavi etiam, affectu ſane tenero; Quare etiam minus patienter tuli ſordida pædagogorum judicia, qui ne quid minus in hoc quam in aliis ſcriptis divinitati jam conſenſu docti orbis transcriptis ſapere videãtur, neſcio quas vernilitatis Notas inuſſerunt, vel inurere certe conati ſunt longe doctiſſimis ejus monumentis. Alii in juriſprudentia inſcitiam ejus notarunt: inter quos vel primus eſt Ioannes Coraſius in Miſcellaneorum libris, ſed qui nullo auctore firmet ſuam Calumniam, dicam an hiſtoriam, cui nos judicium in eadem re Antonii Auguſtini, viri laudatiſſimi, opponimus, legendum Libro IV. Emendationum cap. XIV. Alii vitam & Amores hominis vituperabiles non ſine invidia recenſent, autorem ſecuti Paulum Iovium, cujus quanta fuerit vel ſit etiamnum, aut eſſe certe debeat, autoritas, notum ſatis eſt de Ioannis Bodini methodo hiſtorica, Ioſephi Scaligeri, Fabulæ Burd. Cof. immo univerſi litteratorum hominum chori judiciis, qui fabulas ipſius omnibus deridendas propoſuerunt. Illud vellem ſummos viros Iulium Cæſarem Scaligerum in poëmatis, & Philippum Melanchtonem de obitu & impietate Politiani tam inclementer non cenſuiſſe. Et Scaligeri quidem verſus obſcæno more, ſed Politiani furore, ideo morari nos magnopere non debet, quod fundamentum ſententiæ in eo, quem modo exploſimus, Iovio habet. Melanchton autem qui tomo tertio declamationum pag. DXLV. Angelum noſtrum non niſi ſemel ſacrum codicem legiſſe, adeoque dixiſſe nullum tempus ſe unquam pejus collocaſſe, commemorat, ut & Ludovicus Vives & ex eo Philippus Mornæus cap. XXVI. divini libri de veritate religionis Chriſtianæ, qui ἀθεότητα manifeſtam eidem impingunt, nec ullo idoneo teſte, quod dicunt, confirmant, & eo ipſo ſatis liquido confutantur; quod ipſemet Politianus de ſe ſcribit, ſeſe quadrageſimali tempore publice populo ſacras literas enarraſſe Libro IV. Epiſtolâ X.



Iani Pannonij Episcopi Quinq; Ecclesiensis, poetæ celeberrimi Epitaphium.

Angeli Policiani Epitaphium

ELOGIVM FRANCISCI PETRARCHÆ.



Aus ea inprimis debetur eximio viro, Franciſco Petrarchæ: quod literas multo ævo miſere ſepultas è Gothicis tumulis excitavit: ut jure optimo de eo ait Paulus Iovius in elogiis doctorum virorum. Idemque judicium eſt Leandri in Italia, Scaligeri in arte poët. & cujus non? Nec exiguum ad eam rem momentum paulo poſt attulit Ioannes Grammaticus, inſignis orator; quem Leonardus Aretinus dictitabat (ut apud eundem Leandrum in ejus, quæ nunc Romanula dicitur, deſcriptione legitur) primum in Italia ſtudium eloquentiæ reparaſſe, una cum imperii majeſtate prorſus fere deperditum. Eſt Ioannes hic auctor ὁδοιπορικὸς, quo ad facundiam ſternere viam, ut potuit, ſtudebat. Ejuſque de progenie fuit Nicolaus Ferrettus, ex cujus Schola (ut idem Leander teſtis eſt) plurimi eruditione clari in Ciſalpina Gallia (ut cum Italis eam ſic vocemus) prodierunt. Sed quod Aretinus ajebat, primum in Italia fuiſſe Ioannem Grammaticum, qui, ad bene ſperandum de literis facundiaque, ſignum tolleret: id non ſine aliqua deprecatione Petrarchæ dictum videtur. Franciſcus Petrarcha circa Anciſam, ſeu Inciſam, Florentini agri vicum, patre Florentino exule, natus fuit XIII. Kal. Sextil. anno CIↃCCCIV, non anno CIↃCCCXL: ut inepte editum eſt apud Gualterum Burlæum libro de vitis Philoſophorum. Etſi is profecto error Burlæo vitio verti nequit: qui ipſe ſæculo ante id tempus floruit, ac Petrarchæ æqualis fuit. At claruit Petrarcha anno CIↃCCCXL. & proximis annis XXXV. Quam varia in literas retulerit, nemo paulo humanior neſcit. Vitam Petrarchæ paucis retulit Raphael Volaterranus Arithropologiæ libro XXI, & Iacobus Bergomenſis Chron. Suppl. lib. XIII ad annum CIↃCCCXLI, ubi eum cæleſtem virum meritò appellat.

FR. PETR. PAVL VALDECVZVS PAT. POEMATVM
EIVS ADMIRAT. ÆD. AGR. Q. POSSESSOR, HANC
EFFIGIEM P. ANN. M. D. LXVII IDIB. SEPT.
MANFREDINO COMITE VICARIO



FRIGIDA FRANCISCI LAPIS HIC TEGIT OSSA PETRARCHÆ
SVSCIPE VIRGO PARENS ANIMAM SATE. VIRGINE PARCE
FESSAQVE IAM TERRIS. COELI REQVIESCAT IN ARCE.
M. CCC LXXIIII. XVIIIIVLII.

Arquati.

ELOGIVM DANTHIS ALGERII.

SEd nunquid nobis mittam Florentinum Danthem Algerium, quod vernacula Hetruſcorum lingua carmen ſuum condidit? Neutiquam, eoque minus, quod eum ex Ferrarienſi familia originem traxiſſe, teſtis eorum temporum Benvenutus Imolenſis tradiderit. Scitis enim non minus eum poëtam à quibuſdam exiſtimatum, eo ſermonis genere, quàm vel Lucretium, vel quem alium ejus generis. In eo quidem eruditionem, & multarum rerum cognitionem offendetis, & imprimis ejus Theologiæ, quæ Pariſienſibus attribuitur. In eo ſalis & mordacitatis ad faſtidium interdum uſque. Certe in eo poëticam diſpoſitionem majoremque diligentiam pleroſque deſiderare video, ejuſque linguæ nitorem: quos Ioannes Stephanus eremita, & amicus clariſſimus & municeps noſter, qua eſt eruditione, & quo à teneris erga Danthem fuit ſtudio mirabiliter ſolitus eſt refellere. Sed nunc quæ ad ejus vitam pertinent, præteribo, vel quod jam omnibus notæ, vel quod jam ſerum diei imminet. Scripſit vero præter cantica, comedias & alia Danthes, inter quæ Sympoſium, & paraſino (quod ajunt) ſtylo quædam. Fuere ex eadem familia & alii, in quibus unus Veronæ natus, Danthis & ipſe nomine, qui (ut audivi) quintus ab illo eſt, & Latina & vernacula lingua non ſine laude verſus ſcripſit. Cæterum ne quid hodie prætermittam eorum quæ mihi in mentem veniunt poëtices, vidi qui Latinum Danthem fecerat carmine Hexametro, ex Olivetanis videlicet ſodalibus Piſtorienſem quendam eorum temporum, quem librum (prô ſumme optime Deus, quanta cuſtodia aſſervatum in Olivetano cænobio!) ipſi non ſine ambitione mihi, tanquam ſacram rem aliquam oſtenderant.


Dantis Poetæ
monúmentúm
VIRTVTI
ET
HONORI
IVRA MONARCHIÆ SVPEROS PHLEGETONTA LACVSQ
LVSTRANDO CECINI VOLVERVNT FATA QVOVSQ
SED QVIA PARS CESSIT MELIORIBVS HOSPITA CAS-
TRIS
ACTOREMQ SVVM PETIIT FELICITER ASTRIS
HIC CLAVDOR DANTES PATRIIS EXTORRIS AB ORIS
QVEM GENVIT PARVI FLORENTIA MATER AMORIS
Rauennæ prope
Cœnobium Sti Francisci.
20.

ELOGIVM DANTHIS ALGERII.



Anthes Algerius Florentinus patriâ ob civiles factiones pulsus, contulit se ad Canem veterem Scaligerum Principem Veronensem. Susceptus ab eo Danthes frugaliter, nulla in eum dignitas, nullus honor, nullæ opes collatæ. At Florentinus quidam per facetias & dicacitatem multas ab eo divitias consequutus, cum in aula Canis à Danthe quæsisset: Cur ipse qui nullas noscet literas, tam dives evasisset: Danthes vero tanta sapientia & doctrina pauper esset? Quando, inquit Danthes, meis studiis moribusque Principem similem invenero, sicuti tu tuis, & ipse perdives reddar. Quibus offenso Principe, cum hinc inde vagus incerta spe erraret, Ravennæ tandem pauper obiit, vir æterna dignus memoria, & in Poesi vernacula excellentissimus.

EXIGVA TVMVLI DANTES HIC SORTE IACEBAS
SQVALLENTI NVLLI COGNITE PENE SITV
AT NVNC MARMOREO SVBNIXVS CLAVDERIS ARCV
OMNIBVS ET CVLTV SPLENDIDIORE NITES
NIMIRVM MVSIS BEMBVS INCENSVS HETRVSCIS
HOC TIBI QVEM IMPRIMIS HAE COLVERE DEDIT

ANNO SAL. IↃↃↃↃ. LXXXIII. VI KAL. IVN.

BERNARDVS BEMBVS AERE SVO POSVIT.

Ibidem.

ELOGIVM MARCILII FICINI.

EGo vero inquit Baronius, à quo accepi authorem profe-
ram, nempe integerrimæ fidei virum Michaelem Mer-
catum Miniatenſem S. R. E. Protonotarium, probita-
te morum atque doctrina ſpectatum. Ipſe enim narra-
vit de Avo ſuo, eodem quo ipſe nomine nuncupato,
Michaele Mercato Seniore, cui cum Marſilio Ficino
nobiliſſimi ingenii viro ſumma intercedebat amicitiæ
conſuetudo, parta & aucta Philoſophicis facultatibus, in quibus Platonem
ambo aſſectabantur authorem. Accidit autem aliquando, ut ex more, quid-
nam poſt obitum ſuperſit homini, ex ejuſdem Platonis ſententia, ſed non
ſine tamen trepidatione deducerent, quæ labantia, Chriſtianæ fidei ſacra-
mentis ſuffulcienda eſſent: eo enim argumento extat ejuſdem Marſilii ad
ipſum Michaelem Mercatum erudita quidem epiſtola, de animi & Dei
immortalitate. Cum vero inter differendum eorum progreſſa longius fuiſ-
ſet diſputatio, eam ad calcem productam illo clauſerunt corollario, ut jun-
cta ſimul dextra pacti fuerint, uter eorum ex hac vita prior decederet (ſi
licet) alterum de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem. Quibus inter ſe
conventis, ambo jurati ab invicem diſceſſere. Interlapſo autem brevi tem-
poris ſpacio, evenit ut cum ſummo mane idem Michael Senior in Philoſo-
phicis ſpeculationibus vigilaret, ex inopinato ſtrepitum velociter currentis
equi, ejuſdemque ad oſtium domus curſum ſiſtentis audiret, vocemque ſi-
mul clamantis Marſilii: *ô Michael, ô Michael, vera vera ſunt illa.* Ad vocem
amici Michael admiratus, aſſurgens, feneſtramque aperiens, quem audie-
rat, vidit poſt terga, ad curſum iterum acto equo.

Marsilij Ficini monumentum.



Florentiæ in templo S. Mariæ veparatæ.

ELOGIVM
LEONARDI ARETINI.



Eonardus Aretinus felici quadam & fæcundiſſima ingenii vi atque bonitate, eloquentiaque pollebat : ut de eo loquitur Philelphus lib. 1. Conviviorum. Quando natus ſit, indicat Mathæus Palmerius Florentinus cum ad annum cɔɔccclxx, annotat: Leonardus Brunus, Hiſtoricus, Aretii naſcitur. Et Leander Albertus in deſcriptione Italiæ : Aretii natus præterea Leonardus Brunus, Græce Latineque doctiſſimus, ut opera, quæ vel ipſe fecit, vel è Græco in Latinum vertit, abunde probant. Diem functus eſt anno poſt Ch. natum cɔɔccccxl, ætatis ſuæ lxxiv, Florentiæ, cum illi Reip. diu à ſecretis fuiſſet: & ſucceſſorem in eo munere habuit Carolum, item Aretinum, & Græcis Latiniſque literis eruditiſſimum, qui ipſe etiam quædam de Græcis Latina fecit. Hujus Leonardi ea laus propria eſt, quod primus Græcarum literarum decus à multis ſæculis barbarorum immani tyrannide proculcatum erexit, atque reſtituit: ut de eo in Elogiis doctorum virorum Paulus Iovius refert: Ea autem in lingua audivit Emanuelem Chriſoloram: qui ſedente Papa Bonifacio ix. in Italiam venerat, ac tum Venetiis, tum Florentiæ docuit. Fuit Aretinus prius Papæ Innocentii brevium Magiſter, poſt Florentinorum Scriba: qua & in civitate obiit anno cɔɔccccxliii, annos natus lxxiv: ut arguit, quod de anno nativitatis dictum & teſtis eſt Raphael Volateranus, qui addit, prædio locupleto relicto ἄπαιδα deceſſiſſe: nec uxorem unquam ducere voluiſſe unico avaritiæ vitio obnoxium: Idem atque etiam Philippus Bergomas in Chr. Suppl. teſtatur, Andronici Theſſalonicenſis, (qui Græcæ linguæ peritia par Gaſæ, vel etiam ſuperior, habebatur) tale de eo judicium fuiſſe, feliciter adeo Græca tranſferre, ut unus eſſet verus & fideliſſimus interpres: cæteri potius forent paraphraſtæ.

Leonardi Are tum Sepulchrum.




Florentiæ in templo S. Crucis.

ELOGIVM BLONDI FLAVII.

BLondus Flavius, Forojulienſis, Eugenii IV. pluriumque Pontificum Romanorum Secretarius, ſcripſit Romæ triumphantis libros X; quod opus dedicavit Pio II. Pontifici, ad hæc Romæ inſtauratæ libros III. quos inſcripſit Eugenio IV: Item Italiæ illuſtratæ lib. VIII. Tum autem hiſtoriarum Decades III. ab inclinato Romanorum imperio, hoc eſt anno CCCCVII. uſque ad annum Chriſti CIↃCCCCXL: non autem CIↃCCCC, ut eſt apud Davidem Chitræum, Genebrardum & Bellarminum. Agit enim poſtremo lib. de ſchiſmate Felicis Antipapæ contra Eugenium, quod incidit in annum CIↃCCCCXXXIX, aliquot annis poſt demum commentarios ſuos edidiſſe, arguit, quod meminit Mortis Calliſti III, quí anno obiit CIↃCCCCLV. Ad honorem ejus non parum pertinet, quod ſcripta illius in epitomen contrahere dignatus ſit Pius Pontifex. Dictione eſt non admodum culta: ut etiam Volateranus agnoſcit: ſed de antiquitate tamen, utcunque interdum aliquid humani patiatur, ſane pro ætate, qua vixit, optime meretur. De eo ſic Io. Gobellinus commentariorum Pii II, P. M. lib. XI. Pridie nonas Iunias hujus anni (ſignat annum CIↃCCCCLVIII) Blondus Flavius obiit, Hiſtoriarum Scriptor egregius, natione Forolivienſis; qui diu apud Pium II. PP. Secretarium Apoſtolicum geſſit, & Eugenio IV. Pontifici maximo acceptiſſimus fuit. Ab Arcadio, Honorioque Cæſaribus (quo tempore inclinaſſe Romanum imperium memorant) uſque ad ætatem ſuam, univerſalem ſcripſit hiſtoriam, opus certe laborioſum & utile; verum expolitore, emendatoreque dignum. Procul Blondus ab eloquentia priſca fuit: neque ſatis diligenter, quæ ſcripſit, examinavit: non quam vera, ſed quam multa ſcriberet curam habuit. Si quis aliquando vir doctus ſcribendi peritus, opera ejus emendare atque ornare decreverit, haud parum utilitatis poſteris adferet, & ſeipſum clarum efficiet, multarum ætatum geſtis, quæ propemodum ſepulta ſunt, in lucem redditis. Extant & alia Blondi opera, non parvæ utilitatis, quamvis cautè legenda ſunt, ne falſa pro veris accipias: in pluribus enim erraſſe deprehenditur. Scripſit Italiam illuſtratam, Romam inſtauratam & eandem triumphantem: quam paullo ante obitum abſolvit. Mortuus eſt Romæ pauper, ut Philoſophum decuit. Patrimonium quod habuit tenue, dotium cauſſa inter fæminas diviſit: maſculis, præter doctrinam, bonoſque mores, nihil reliquit; id morienti ſat fuit, ejus ætatis filios dimiſiſſe, qui ſibi ipſis conſulere poſſent.

BLONDO FLAVIO FORLIVIENSI
HISTORICO CELEBRI MVLTORVM
PONTIF: ROM: SECRETARIO
FIDELISSIMO BLONDI V. PATRI
BENEM: VNANIMES POSVERE.



VIXIT ANNIS LXXI.
OBIIT PRID. NON. IVNII
A. SALVT. CHRISTIANAE
M. CCC. LXIII. PIO. PON. MAX.
SIBI NATISQ FAVENTE.

Romæ ante Feretrij Iouis limen humi iacet.

ELOGIVM LAVRENTII VALLÆ.



Aurentius Valla Patricius Romanus, Canonicus S. Ioannis Laterani, Grammaticus, Rhetor & Philoſophus clariſſimus, Theologiæ Doctor, Græcæ & Latinæ linguæ peritiſſimus. Inimiciſſimus fuit Poggio, qui in oppido ditionis Florentinorum natus, Romæ ſumma in autoritate vivebat in aula Pontificia litterarum Apoſtolicarum ſcriptor, vir quidem facetus & dicteriis clarus, pauloque amarior quam par erat. Ius in Vallam multa ſcripſit acerbiore ſtylo, cui & Valla reſpondit non leniori ſcripto. Scripſit præterea plurima alia eruditione plena. Vixit Anno Domini 1420 Sigiſmundo Imperatore. Sepultus eſt Romæ in templo Laterano. Sepulchro ejus, quod eſt ante oſtium ſacrarii, inſcriptum eſt: Laurentio Vallæ harum ædium ſacrarum Canonico, Alphonſi Regis & Pont. Max. Secretario, Apoſtolico oratori, qui ſua ætate omnes eloquentia ſuperavit. Catharina mater filio pientiſsimo poſuit. Vixit annos L. Anno Domini M. CCCC. L. VII.

LAVRENTIO VALLÆ HARVM AEDIVM SACRARVM CANONICO ALFONSI REGIS ET PONT. MAXIMI SECRETARIO APOSTOLICOQ SCRIPTORI



OVI SVA AETATE OMNES ELOQVENTIA SVPERAVIT CATERIA MATER FILIO PIENTISSIMO P. VIXIT ANO. LANNO D. M. CCCCLXV. CAL. AVGVS

Romæ in templo S. Ioannis Lateranensis

ELOGIVM MVSVRI.

GRæcam eruditionem, totos ſeptingentos annos ex Italia exulantem, fatum quoddam ac occulta providentiæ divinæ ratio per Europam totam propagavit. Chryſoloras enim, cum oppreſſa ſervitute maxima ex parte Græcia, ad totius orbis Chriſtiani Principes, & eorum implorandam opem, à Ioanne miſſus eſſet, liberata præter exſpectationem patria, cum Italia Græciam, cum profeſſione ejus linguæ publicam legationem commutavit. Itaque vir tantus, cum ſplendidius exiſtimaret eſſe nihil, tribus poſtea in locis Græcas literas profeſſus eſt, primuſque ſtudium illarum, quantum credi vix poteſt, per Europam totam excitavit. Hunc deinde Trapezuntii Gazæ, Argyropuli, Muſurii ac Chalbondylæ ſecuti ſunt, Græci omnes; & qui diſciplinas Græcas, ſumma ope promoverent ac induſtria. Cæterùm, quod ſæpe admirari ſatis non poſſum, in tam uberi magnorum fæcunditate ingeniorum, nemo fere eſt repertus, ne in ipſis quidem Græcis, qui leporem Græcæ muſæ, qualis in antiquis olim fuit, aut intellexiſſe ſatis aut exprimere feliciter videretur. Muſurum excipio, Cretenſem natione, qui cum admirandum illud carmen, quod Platonis maximi operibus præfixum legitur, ſcripſiſſet; paullo poſt ab erudito Principe Leone Decimo, non alia, ut putatur, de cauſſa, Archiepiſcopus Epidaurenſis creatus eſt. Neque paullo poſt vir animoſus, aſpirare ad purpuram dubitavit. Quanquam ſane illius, præter hoc & pauca item epigrammata, quæ ſparſim leguntur, nihil quicquam memini exſtare.

Marci Musuri Cretensis sepulchrum.



Petri Marsi.

QVÆ SOLA ELOQVII SVPERABAT GLORIA, ET ILLAM
PERDIDIMVS, TECVM VIXIT ET INTERIIT.

Romæ.

ELOGIVM
HIERONYMI ALEANDRI.



Ieronymus Aleander Forolivienſis, agaſone patre natus, anno ætatis xx, publico ſtipendio conductus, Græcas & Latinas literas Lutetiæ profeſſus, ex vehementi vocis intentione, rupta in pulmonibus vena periculum vitæ adiit. Itaque eo vitæ genere relicto, Leodienſem epiſcopum ſequutus, à Leone X. Brunduſinus Epiſcopus, mox à Clemente VII. Cardinalis creatus eſt. Sic autem de eo Iovius: Hieronymus Aleander tanta memoria valuit, ut Latinam, Græcam, & Hebraicam, multaſque alias exoticas linguas, perfectiſſimè & loqueretur & ſcriberet. Primum Lutetiæ Græcas docuit literas. Mox in Vrbem vocatus à Leone X. legatus in Germaniam mittitur: à Clemente VII. Brunduſinus Antiſtes conſtituitur: à Paulo III. purpuram conſequitur.

Romæ ad S: Chrysogonum.

HIERONYMO ALEANDRO MOTTENSI, E` COMITIBVS LANDRI IN CARNIA, PETRÆ PILOSÆ IN ISTRIA ORIVNDO. CARD. BRVNDVSINO, PHIL. ET THEOL. DOCTORI, HEBRAICÆ, GRÆCÆ, ET LATINÆ, ALIQVOT QVE ALIARVM LINGVARVM EXOTICARVM ITA EXACTE DOCTO, VT EAS RECTE ET APTE LOQVERETVR, AC SCRIBERET. MOX DIVERSIS LEGATIONIBVS PRO SVMMIS PONTT. AD OMNES FERE CHRISTIANOS PRINCIPES FIDELITER ET DILIGENTER PERFVNCTO, ET IDEO IN TABEM DELAPSO, QVANTI HVMANAM MISERIAM FECERIT, SEQVENTI DISTICHO DE SE EDITO TESTATVM POSTERIS RELIQVIT.

ΚΑΤΘΑΝΟΝ ΟΥΚ ΛΕΚΩΝ, ὍΤΙ ΠΑΥΣΟΜΑΙ, ΩΝ ΕΓΙΜΑΡΤΥΣ·
ΠΟΛΛΩ͂Ν, Ω͂Ν ΠΕΡ' ΙΔΕ͂ΙΝ ΑΛΓΙΟΝ ΗΝ ΘΑΝΆΤΟΥ.

ANNO CHRISTI M.D. XLII: ÆTATIS SVÆ LXII: MINVS DIEBVS XIII.

27.

ELOGIVM BESSARIONIS.



Essario natione Græcus, patria Trapezuntinus, Patriarcha Constantinopolitanus. Qui Eugenii quarti tempore in Italiam venit ad concilium Florentinum. Philosophus, & Orator summa doctrina præditus. Primus omnium ex Græcis fuit, qui communibus Patrum suffragiis, cum Isidoro in Senatum Cardinalium electus est. Homo certe propter insignem eruditionem, ac vitę sanctimoniam non solum dignus qui inter Cardinales censeretur, sed qui pontificatum summum teneret. Eo enim Reip. gubernacula moderante, sperare omnes poterant doctrinæ, religionisque ac morum emendationem. Ejus tanta fuit liberalitas erga viros doctos, ut ejus domus artium liberalium officina diceretur: neque minus ipse assiduus erat in bonorum autorum lectione. Venetiis Bibliothecam libris Græcis & Latinis instructissimam erexit, quos ex Græcia in Italiam multis impensis emptos transportari curavit. Bibliothecę prefecit Marcum Antonium Sabellicum Roma magno stipendio accersitum. Scripsit & ipse plurima volumina doctrina & utilitate plena. Mortuus est Viennę ex legatione Gallica rediens Anno ætatis LXXVII. Friderico Imperatore & Sixto IIII. P. M. Anno Domini M. CCCC. LXXIII.

Rome ad SS: Apostolas.

BESSARIO EPISCOPVS TVSCVLANVS, S. R. E.
CARD. PATRIARCHA CONSTANTINO-
POLITANVS NOBILI GRÆCIA ORTVS
ORIVNDVS QVÆ SIBI VIVENS POSVIT.
ANNO SALVTIS M. CCCC. LXVI.

ΤΟΥΤ' ΕΤΙ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ ΖΩΝ ΑΝΥΣΑ ΣΩΜΑΤΙ ΣΗΜΑ,
ΠΝΕΥΜΑ ΔΕ ΦΕΥΞΕΙΤΑΙ ΠΡΟΣ ΘΕΟΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ.

Romæ ad D: Agathani. Lascaris Græci.

ΛΑΣΚΑΡΙΣ ΑΛΛΟΔΑΠΗ ΓΑΙΗ ΕΝΙΚΑΤΘΕΤΟ, ΓΑΙΗΝ
ΟΝΤΙ ΛΙΗΝ ΞΕΙΝΗΝ Ὦ ΞΕΝΕ ΜΕΜΦΟΜΕΝΟΣ,
ΕΥΡΕΤΟ ΜΕΙΑΙΧΙΗΝ, ΑΛΛ' ΑΧΘΕΤΑΙ, ΕΙΓΕΡ ΑΧΑΙΟΙΣ
ΟΥΔ' ΕΤΙ ΧΟΥΝ ΧΕΥΕΙ ΠΑΤΡΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ.

Romæ ad S: Mariam de populo. Hermolai Barbari.

BARBARIEM HERMOLEOS LATIO QVI DEPVLIT OMNEM
BARBARVS HEIC SITVS EST: VTRAQVE LINGVA GEMIT.
VRBS VENETVM VITAM, MORTEM DEDIT INCLYTA ROMA,
NON POTVIT NASCI CLARIVS ATQVE MORI.

ELOGIVM IACOBI SADOLETI.



Acobus Sadoletus Mutinæ urbe Italiæ natus est, parentibus nobilibus & locupletibus, primaque autoritate & gloria inter suos præditis. Hic cum inter Italos fama singularis doctrinæ, qua pollebat, celebris esset; à Leone decimo Pontifice Maximo Romam vocatus, & episcopatu Carpentoratensi in Gallia donatus est, in cujus administratione cum aliquot annos integre & fideliter sese gessisset, poscentibus omnibus Romani Senatus Patribus, à Clemente septimo in ordinem Cardinalium receptus est, magna totius collegii lætitia, & congratulatione. Scripta reliquit plurima. Cumque annum ætatis septuagesimum attigisset, in febrim lapsus, magno omnium bonorum dolore & tristitia, diem postremum obiit Romæ, non sine veneni dati suspicione. Quatuor enim hi Cardinales viri docti & boni, P. Bembus, Iac. Sadoletus, Caspar Contarenus, & Campègius, properata morte feruntur occubuisse; causam ignorant multi, nisi quod forte cum iis qui à Romana relligione discordant aliquam familiaritatem habuisse credantur. Corpus Sadoleti sepultum est Romæ in templo S. Petri ad Vincula.



Romæ In templo D. Petri ad vincula.

.29.

ELOGIVM SERAPHINI ODVCTII STRANCONII.

SEraphino Oductio Stranconio, medico celeberrimo, vati ingeniosiss. ac omnino omnium disciplinarum doctrina prædito, vitæ autem integritate, ac morum probitate omnibus gratiss. qui vehementi febre correptus præscita prædictaque die & hora mortis constantissime obiit IX. Cal. Sep. M. D. XXXVIII. Theophilus F. pientiss. Patri opt. p. vixit ann. LIIII M. VII. D. XXIII.

ELOGIVM MANILII ANTONII BRITANNORII.

MAnilio Antonio Britanorio Sixti IIII. & Iulii II. Pont. Max. à cubiculo, fatorum præscio, vatique semper vero, Latine, Græceque diserto, Philosopho, Iuris perito, morumque sanctimonia insigni: Babt. Fab. patruo suaviss. uberibus cum lachrymis posuit I. D. x. vixit ann. LXXIX. M. VII. D. XV.

Romæ in ara cœli.

SERAPHINO ODVCTIO STRANCONIO, MEDICO
CELEBERRIMO, VATI INGENIOSISS. AC OMNINO
OMNIVM DISCIPLINARVM DOCTRINA PRÆDITO,
VITÆ AVTEM INTEGRITATE AC MORVM PROBI-
TATE OMNIBVS GRATISS. QVI VEHEMENTI FEBRE
CORREPTVS, PRÆSCITA PRÆDICTAQVE DIE ET
HORA MORTIS CONSTANTISSIME OBIIT. IX. CAL.
SEPT. M.D.XXXVIII. THEOPHILVS F. PIENTISS.
PATRI OPT. P. VIXIT ANN. LIIII. M. VII. D. XXIII.

Ibidem.

MANILIO ANTONIO, BRITANORIO, SIXTI IIII. ET
IVLII. II. PONT. MAX. A CVBICVLO, FATORVM PRÆS-
CIO, VATIQVE SEMPER VERO, LATINE, GRÆCEQVE
DISERTO, PHILOSOPHO, IVRISPERITO, MORVMQVE
SANCTIMONIA INSIGNI: BABT. FAB. PATRVO SVAVISS.
VBERIBVS CVM LACHRYMIS POSVIT. I. D. X. VIXIT.
ANN. LXXIX. M. VII. D. XV.

ELOGIVM
IOAN. IACOBI
DE
BVCCABELLIS.

IOan. Iacobo de Buccabellis, civi Romano nobili, Canonico Lateranenſi, Rhetori eximio, Poetæ celeberrimo, fratres heu bene merenti fecerunt. Hic pedum & ſyllabarum normam ita tenuit, ut nemo melius. Vixit annos LII. obiit ſub Pio P. M. M.CCCCLXIIII. IX. Cal. Iulii, carus omnibus.

ELOGIVM
LVDOVICI GRATI.

LVd. Grato Marganio Rom. juveni opt. utriuſque linguæ eruditiſſ. aſtrorum ac totius rei Mathematicæ ſcientia doctiſſ. eximia erga omnes pietate gratiſſimo. Qui dum ſuper legitimam ſuæ vitæ ætatem hæc omnia optimè præſtat, morte ingrata, bonorum deſiderio ſubripitur. vixit ann. XX. M. VIII. D. XX. obiit Cal. April. M.D.XXXI. Chriſophora Margania Mater piiſſ. poſuit.

Romæ in ara cœli

IOAN·IACOBO DE BVCCABELLIS, CIVI ROMANO
NOBILI, CANONICO LATERANENSI, RHETO-
RI EXIMIO, POETÆ CELEBERRIMO, FRATRES
HEV BENEMERENTI FECERVNT· HIC
PEDVM ET SYLLABARVM NORMAM ITATE-
NVIT, VT NEMO MELIVS· VIXIT ANNOS
LII·OBIIT SVB PIO P.M.·M.·CCCCLXIIII IX.CAL.
IVLII, CARVS OMNIBVS.

Ibidem.

LVD.GRATO MARGANIO ROM.IVVENI OPT.VTRI-
VSQVE LINGVÆ ERVDITISS.ASTRORVM ACTO-
TIVS REI MATHEMATICÆ SCIENTIA DOCTISS.
EXIMIA ERGA OMNES PIETATE GRATISSIMO.
QVI DVM SVPER LEGITIMAM SVÆ VITÆ
ÆTATEM HÆC OMNIA OPTIME PRÆSTAT,
MORTE INGRATA, BONORVM DESIDERIO SVB
RIPITVR.VIXIT ANN: XX.M.VIII.D.XX.OB
IIT CAL.APRIL.M.D.XXXI. CHRISOPHORA
MARGANIA MATER PIISS. POSVIT.

ELOGIVM LVCÆ GAVRICI.




VcasGauricusFani Picentinorum urbe, non procul à Senogallia, & Ancona ad mare Adriaticum ſita, natus eſt: Parentes ejus inter optimates patriæ cenſebantur. Fratrem habuit Pomponium, uterque optimis diſciplinis optimè ab ineunte ætate inſtitutus eſt. Lucas Venetiis florebat inter eruditos anno Chriſti 1550. Romam cum eſſet profectus, & Pauli III. Farneſii amicitiam ſibi conciliaſſet, propter eruditionem Epiſcopatu donatus eſt. Alii Lucam hunc Neapolitanum fuiſſe aſſeverant. Scripſit plurima: Alfonſi Regis Caſtellæ, & Eliſabethæ Reginæ tabulas Aſtronomicas caſtigavit: & tabulas Io. de Monte Regio, & Io. Blanchini, Laurentiique Bonimcontri libros de rebus cæleſtibus. Fecit & annotationes in Ptolomæi Alinageſtum, aliaque.

D. O. M. S.

LVCAE GAVRICO GEOPHONENSI
EPO. CIVITATEN.

OBIIT DIE. VI. MARTII M. D. LVIIII.
VIXIT ANNOS LXXXII. M. XI. D. XXVII.



D. D. SEBASTIANVS BENEINCASA
GEOPHONEN. ET OCTAVIANVS
CANIS BONON. HEREDES
EX TESTAMENTO B. M. P.

Rom d.

32.

ELOGIVM IOANNIS PICI MIRANDVLÆ.



IN Ioanne Franciſco Pico Mirandula, inter ſtudioſos bonarum artium ſcribendique avidos, memoria verborum vehementer excelluit: ſed in ipſo rerum delectu illud perilluſtre judicium quod ſummo viro Hyppocrati maximè difficile exiſtimatur, omnino non viguit. Fruſtra enim ad Ioannis patrui gloriam aſpiranti, ingreſſoque graviſſimorum ſtudiorum penetralia, quum inſatiabili lectione duceretur, nuſquam minerva ſatis arriſerat. Extant ejus ſacra poemata, ſuis quoque commentariis illuſtrata, ne legentibus minus clara viderentur: & libri de veritate fidei Chriſtianæ, in quibus diſciplinarum omnium acervus eminet. Sed acriter diſputantem inter cucullatos, magna etiam expeditæ linguæ laus ſequebatur, quum ſcribentem vel mediocriter eloquentes minime probarent. Neque enim quid potiſſimum imitaretur conſtitutum habuiſſe videri poteſt, ex duobus præſertim libellis de imitationis genere ad Petrum Bembum perſcriptis. Sed cum in omnibus operibus ſacras literas religioſe reſpiceret, contempſiſſe Latinæ facundiæ flores, atq; indeque gloriam tanquam inanem exiſtimari voluit: quanquam ejus univerſa literarum ſtudia, tanquam illuſtri in homine, & in domo ſanctiſſimis moribus perornata, quum in minus ſeveros judices facile inciderent, ſplendidiora viderentur: & hercle, vir antiqua ſimplicitate potius, quam novo æſtu æquiora judicia redimebat; cum libros ipſos privato impreſſos ſumptu, liberali largitione publicaret. Interfectus eſt cum Alberto filio, vir indignus adeo crudeli exitu, à Galeotto fratris filio, quum nocturnis inſidiis, capta arce, Mirandulæ dominatum ex paterno jure invadendum exiſtimaſſet. Fuere qui crederent merita fortaſſe pæna mulctatum, quod cudendæ monetæ miſerum artificem ipſius officinæ præpoſitum, ex impuri auri, & decumum ſubtiliter improbi magnum ſenſim lucrum ipſi domino reddentem, crudeli ſupplicio ad derivandam invidiam ſuſtuliſſet: & quum intellecta fraus ipſius famæ vehementer officeret, palamque ea aurea moneta, ex ejus effigie ſpectabilis, vulgato vitii detrimento rejiceretur. Sed juvat audire quoſdam virum alioqui integra fide optimum excuſantes, tanquam ejus avaræ fraudis penitus ignarum, quum in uxorem, quod eſſet accurata, & diligens mater familias tanquam muliebris aviditatis probro notatam, ejus flagitii nomen nullo cum pudore referendum exiſtiment.

Sepulchrum Boetij philosophi Papiæ

MOENIÆ ET LATIÆ LINGVÆ CLARISSIMVS, ET QVI
CONSVLERAMHIC PERII MISSVS IN EXILIVM.
ET QVID MORS RAPVIT, PROBITAS ME VEXIT AD AVRAS
ET NVNC FAMA VIGET MAXIMA, VIVIT OPVS.

Johannis Pici Epitaphium.

IOHANNES IACET HIC MIRANDVLA, CÆTERA NORVNT
ET TAGVS ET GANGES FORSAN ET ANTIPODES.
OBIIT AN. SAL. M.CCCC.LXXXXIIII. VIXIT ANNOS
XXXII.
HIERONYMVS BENIVENIVNE DISIVNCTVS POST
MORTEM LOCVS OSSA SEPARET, QVORVM
ANIMOS INVITA CONIVNXIT AMOR HAC HVMO
SVPPOSITA PONICVRAVIT. OBIIT AN. M.D.XXXXII.
VIXIT AN. LXXXIX. MENS. VI.

Florentiæ ad D. Marcum. 33.

ELOGIVM CHRISTOPHORI LONGOLII.

CHriſtophorus Longolius Mechliniæ Belgicæ ſacerdote Antiſtite genitus, Lutetiæ in Scholis frugaliter educatus, partis diſciplinarum omnium peramplis opibus, aureo Leonis principatu Romam venit: adeo diſſimulata ingenii profeſſione, ut rubro pileo, & aſtricta penula ſemi Germani militis habitum mentiretur, quippe cui mens erat avidè peregrinanti priſcæ felicitatis monumenta ſpectare, ſcrutare ingenia, Bibliothecas excutere, atque illud demum eruditæ cenſuræ judicium, quod fruſtra alibi quam ſub Romano cælo quæritur, certius atque liquidius adipiſci. Sed intranti Gymnaſium & acute diſputanti, non inſulſi litterarum profeſſores, celeriter & comiter perſonam detraxerunt, ita, ut mox honeſtiſſimi cives Romani, Flaminius Temarotius & Marius Caſtellanus alterna hoſpitii liberalitate intra penates receptum, triennio aluerint, eique virtutis merito Romanæ civitatis jus & nomen impetrarint. Verum aliquanto poſt emerſit liber execrabilis maledicentiæ veneno delibutus, quem juvenili declamatione perſcripſerat, Romani nominis antiquum decus barbaro livore proſcindens. Infremuit populus Romanus ea contumelia perturbatus: Celſo Mellino adoleſcente clariſſimo, generoſa oratione in Capitolio, tanquam reum Majeſtatis accuſante. Sed Longolius totius aulæ clementia præmunitus, duabus orationibus publicatis ſeſe eo nomine defendens, judicium populi ſubterfugit, quod nequaquam malignitate animi, ſed more ſophiſtarum, exercitationis ſtudio, materiæ difficilis ac inſolentis, ideoque damnatæ ſpei argumentum deſumpſiſſet, ſcilicet ut ſodales ejus temere ſuſcepti muneris, vel infelicem audaciam mirarentur. Tranſivit inde Pataviam, his præſertim actionibus claritatem conſecutus: adhæſitque Petro Bembo & mox Reginaldo Polo Britanno, in quorum hodie ſacra purpura ſummam pietatem atque doctrinam veneramur, in ejus contubernio, cum ingentibus vigiliis libros adverſus Lutherum diſertè & graviter inchoatos elaboraret, editis jam ad imitationem epiſtolis febre conſumptus eſt. XXXIII ætatis anno, III Idus Septembris, anno ſalutis generis humani MDXXII.

Pataúij ad Franciscanos.

CHRISTOPHORO LONGOLIO BELGÆ ROMANÃ CIVI
TATEM, PROPTER EXIMIAM IN STVDIIS LITERA
RVM PRÆSTANTIAM ADEPTO, SVMMO INGENIO, IN
CREDIBILI INDVSTRIA OMNIB. BONIS ARTIBVS
PRÆDITO, SVPRA IVVENTÆ ANNOS, IN QVA EXTINC
TVS EST, MAGNO CVM ITALIÆ DOLORE, CVI INGEN
TEM SPEM SVI NOMINIS EXCITAVERAT. PETRVS
BEMBVS AMICO ET HOSPITI POSVIT.
TE IVVENEM RAPVERE DEÆ, FATALIA NENTES
STAMINA, CVM SCIRENT MORITVRVM TEMPORE
NVLLO LONGOLI TIBI SI CANOS SENIVMQVE DEDIS
SENT.

Papiæ in ædè D. Epiphaniæ,

D. O. M.
ANDREÆ ALCIATO MEDIOLANENSI IVRECONS. COMITI,
PROTONOTARIO APOSTOLICO, CÆSAREOQVE SENATORI
QVI OMNIVM DOCTRINARVM ORBEM ABSOLVIT, PRIMVS
LEGVM STVDIA ANTIQVO RESTITVIT DECORI.
VIXIT ANNOS LVI, M. VIII. D. IIII. OBIIT PRIDIE IDVS
IANVARII. M. D. L.

FRANCISCVS ALCIATVS I.C. H.B. M.P.

ELOGIVM OTTONIS FRISINGENSIS.



Tto, Frisingensis Episcopus, qui Conradi quidem Suevi, sed imprimis tamen ætate Frederici Barbarossæ florebat. Genere admodum illustri prognatus fuit. Nam pater ei erat Leopoldus, sive Lupoldus, Marchio Austriæ: mater vero Agnes, filia Henrici IV Imperatoris: Ottonem pater Leopoldus præposuit collegio à se exstructo Neoburgi in Austria, in quo & humari ipse voluit cum uxore. Sed postea Otto Opoldum substituit in locum suum: ipse autem profectus est Lutetiam Parisiorum, ut uberiorem ibi caperet ingenii sui cultum. Post annos aliquammultos, ordini monachorum Cisterciensium, (qui multum illustrabatur virtutibus inclitis B. Bernardi, Abbatis Claræ vallensis) in Morimundensi Burgundiæ monasterio, cum XV viris, itineris sociis, nomen dedit: ac, præpositi dignitate abdicata, loci ejus Abbas est creatus. In Historia suorum temporum nonnulla consignavit, quæ in vulgus edita exstant.

ELOGIVM PAVLI IOVII.



Aulus Iovius Novocomensis, vir multæ eloquentiæ, ingeniique acerrimi, medicinam primo exercuit non sine felici successu. Scripsitque librum de piscibus Romanis. Postea ad historiam scribendam animum applicans, aliquot Pontificum Principumque Italiæ, maxime vice Comitum Mediolani vitas edidit, elogiaque & icones illustrium virorum, qui tam armis quam literis clari evaserunt scriptis suis adjunxit, quorum ipse imagines ad vivum expressas Comi in suo museo servabat. Scripsit Historiam sui temporis, de rebus quæ quinquaginta annis gestæ erant in Italia, Hungaria, Asia, Africa, aliisque regionibus. In qua descriptione mirum est quantum laudis & famæ promeritus sit apud posteritatem. Licet ejus Historiæ libri sex primæ decadis magna reipublicæ literariæ jactura perierint, dum Roma capta est ab Hispanis, duce Carolo Borbonio.

QVICQVID IN ORBE BEAT PRÆCLAROS ET MELIORES
PRÆSVLIS OTTONIS MIRE CVMVLAVIT HONORES.
SI PROAVI, VEL AVI PROBITAS, SACER ORDO, POTESTAS
DEBERENT MORTIS FVRIAS COHIBERE MOLESTAS,
NON MORITVRVS ERAT PRÆCLARE PRÆDITVS ILLIS.
HEV TALEM COMMVNIBVS ACCESSISSE FAVILLIS,
QVAM FACVNDA VIRI VOX, QVALIS PHILOSOPHIA,
HORTATV REGVM DOCET EDITA CHRONOGRAPHIA
LVXIT EVM PATRIA PROPRIA COMITATA RVINA.
PROPITIETVR EI DEVS, ET PIA VIRGO MARIA.

Frisingæ
Ottonis Frisingensis.

D . M . S .


PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCERINI,
HISTORIARVM SCRIPTORIS CELEBERRIMI, HIC
DEPOSITA SVNT OSSA, DONEC EXIMIA EIVS
VIRTVTE DIGNVM ERIGATVR SEPVLCH,
RVM. VIXIT ANNOS LXVIII. M. VII. D.
XXIII. OBIIT. III. IDVS DECEMB. M.D.LII.

HICLATET HEV IOVIVS ROMANÆ GLORIA LINGVÆ
PAR CVI NON CRISPVS NON PATAVINVS ERAT.

Florentiæ in templo D Laurentij.

ELOGIVM
RAPHAELIS MAFFÆI VOLATERANI.

RAphael Maffeus Volaterris Hetruriæ urbe ad Cecinnam fluvium ſita originem ducens, gente nobili, & autoritate apud ſuos clara. Hic Raphael primos ætatis annos ſtudiis bonarum diſciplinarum impendens, in virum doctiſſimum evaſit; quod ejus ſcripta ſatis teſtantur. Vir fuit habitu corporis venuſto, facundia elegante, & morum gravitate vitæque ſanctimonia clarus. Ejus opera præcipua hæc citantur: Comentariorum urbanorum libri triginta octo. Vixit inter ſuos quiete, & præcipua admiratione virtutis. Mortuus eſt Volaterris in patria, annos natus plus quam ſeptuaginta: Chriſtianæ verò ſalutis milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo. Conditus eſt in templo Sancti Lini prope ſummum altare, arcu marmoreo, ubi ejus imago ſaxea incumbens arcæ, quæ oſſa continet, poſita eſt cum hac inſcriptione: SIC ITVR AD ASTRA. Arca marmorea qua Corpus clauditur, lauream in modum triumphalis Coronæ implexam habet, ubi ſculptum eſt: ΑΠΝΟΟΣ ΠΝΟΩ



CHRISTO SERVATORI.


RAPHAELI MAFFEO GERARDI MAFFEI F. DOCTRINA PIETATE AC SANCTITATE CVM QVOVIS ANTIQVO COMPARANDO VT EIVS INDICANT OPERA EGREGIA TESTANTVR MIRACVLA VIX. ANN. LXX. MENS. XI. DI. VIII. OBIIT ANN. SAL. M. D. XXI. VIII. KAL. FEBR.

MARIVS MAFFEVS EPISCOP. CAVALICENSIS FRATRI SANCTISSIMO P.

Volaterris in choro monasterij S. Lini.

ELOGIVM
MAT. CVRTII TICINENSIS.

MAT. CVRTIO: TICINEN.
QVI: HIPP. GALENIQ.
VINDEX: SALVTIS:
AVGVRIVM: EGIT:
MEDICINAMQVE
EXERCENDO: ET DOCENDO:
IPSE VALENS SEMPER:
EXCOLVIT:
MON. HOC AMPLIVS QVAM
FILII
I. P. I.
COS. MED. FLORENT.
DVXII.
ÆRE SVO P. C.
M. D. XLIIII
VIX. ANN. LXX.


MAT. CVRTIO TICINEN:
QVI HIPP: GALENIQ:
VINDEX SALVTIS:
AVGVRIVM EGIT
MEDICINAMQ:
EXERCEN. ET DOCENDO
IPSE VALENS SEMPER
EXCOLVIT
MON. HOC AMPLIVS
QVAM FILII
I. P. I.
COS. MED. FLOREN.
DVX II.
AERE SVO P. C.
M. D. XLIIII.
VIX: AN: LXX.

TABVLÆ VIII.
MARMOREÆ PROPE
SEPVLCRVM PONTA-NORVM.



I. IN magnis opibus ut admodum difficile maxime pulchrum eſt ſeipſum continere.

II. Sero pænitet quanquam pænitet, qui in re dubia nimis cito decernit.

III. Nec temeritas ſemper felix, nec prudentia ubique tuta.

IV. Fruſtra leges prætereunt, quem non abſolvit conſcientia.

V. In utraque fortuna fortunæ ipſius memor eſto.

VI. Integritate fides alitur, fide verò amicitia.

VII. Hominem eſſe ſe haud meminit qui nunquam injuriarum oblivi-ſcitur.

VIII. In omni vitæ genere primum eſt ſeipſum noſcere.

IN MAGNIS OPIBVS
VT ADMODVM DIFFI
CILE MAXIME PVL
CHRVM EST SEIPSVM
CONTINERE.

IN VTRAQVE FORTV
NA FORTVNAE IPSI
VS MEMOR ESTO

SERO POENITET
QVANQVAM POENITET
QVI IN RE DVBIA
NIMIS CITO DE
CERNIT.

INTEGRITATE FIDES
ALITVR FIDE VERO
AMICITIA

Neapoli.

Has octo tabulas marmoreas Pontanus, ante suum sacellum posuit prope templum S. Mariæ Maioris, et Epitaphia 9 sequuntur, in ipso sacello fuit.

NEC TEMERITAS SEM
PER FELIX NEC
PRVDENTIA VERO
TVTA:

HOMINEM ESSE SE
HAVD MEMINIT
QVI NVNQVAM IN
IVRIARVM OBLI
VISCITVR.

FRVSTRA LEGES
PRAETEREVNT
QVEM NON ABSOL
VIT CONSCIENTIA.

IN OMNI VITAE
GENERE PRIMVM
EST SEIPSVM
NOSCERE.

INSCRIPTIO SEPVLCHRI PONTANORVM.

AB HOC PONTANORVM CONDITORIO NE MAS, NE FEMINA EX AGNATIONE ARCEATVR.

AB HOC PONTANO-
RVM CONDITORIO
NE MAS NE FEMINA
EX AGNATIONE
ARCEATVR.

Ibidem In tomba Iuuni iacente.

39.

ELOGIVM IOANNIS JOVIANI PONTANI.



Oannes Iovianus Pontanus Cereti in Vmbria natus, parente à factiosis civibus interempto, Neapolim luvenis & egenus, venit: atque ibi Antonio Panormitæ, regii Scrinii magistro, gratus acceptusque fuit: eidemque mortuo in hoc munere, gratia ac favore Ferdinandi Regis, successit. Literarum gloria florere cepit circa annum ɔɔɔɔɔɔlx. obiit autem ætatis suæ lxxviii. Christi ɔɔɔɔv. eopse mense, quo Papa Alexander vi. decessit. Inter tam multa præclara edidit etiam libris sex historiam belli, quod Ferdinandus, Rex Neapolitanus senior, contra Ioannem, Andegavensem ducem, gessit. Vir omnino summus fuit. Nec invidia caruisse argumento est calumnia illa, quam prodit Mariangulus Accursius in Diatribarum suarum defensione, cui Testudo nomen est. Et, ut ostendat, quantopere maligni homines rodere soleant viros eximios, ait sparsum à nonnullis fuisse, Iovianum Pontanum quædam Ciceronis volumina in Casinatis montis non incelebri Bibliotheca reperisse: quæ mox paullum, sed (quod necesse fuit) in deteriorem partem commutata, ut ab se composita, ediderit.

VIVVS DOMVM HANC MIHI
PARAVI IN QVA QVIESCEREM
MORTVVS, NOLI OBSECRO IN-
IVRIAM MORTVO FACERE, VI-
VENS QVAM FECERIM NEMINI
SVM ETENIM IOANNES IOVI-
ANVS PONTANVS, QVEM AMA-
VERVNT BONAE MVSAE, SVS-
PEXERVNT VIRI PROBI, HO-
NESTAVERVNT REGES DNI
SCIS IAM QVIS SIM
AVT QVI POTIVS FVERIM
EGO VERO TE HOSPES NOS-
CERE IN TENEBRIS
NEQVEO SED TEIB.
SVM VT NOSCAS
ROGO · VALE

Ibidem.

ELOGIVM HADRIANÆ SAXONÆ.



Lla tori benefida comes cuſtoſque pudici,
Cuique & acus placuit cui placuere coli,
Quæque focum caſtoſque lares ſervavit & aræ
Et thura & lachrimas & pia vota dedit:
In prolem ſtudioſa parens & amabilis uni
Quæ ſtuduit caro caſta placere viro.
Hic poſita eſt Ariadna, roſæ violæque niteſcant
Qua poſita es Syrio ſpiret odore locus,
Urna crocum dominæ fundat, diſtillet amomum
Ad tumulum & cineri ſpica ciliſſa fluat.

QVinquennio poſtquam uxor abiſti dedicata prius ædicula monumentum hoc tibi ſtatui tecum quotidianus ut loquerer, nec ſi mihi non reſpondes non reſpondebit deſiderium tui, per quod ipſa mecum ſemper es. Aut obmuteſcet memoria per quam ipſa tecum nunc loquor. Have igitur mea Hadriana, ubi enim mea oſſa tuis miſcuero uterque ſimul bene valebimus. Vivens tecum vixi annos XXIX. Dies XXIX. Victurus poſt mortuus æternitatem æternam.

Ioannes Iovianus Pontanus Hadrianæ Saxonæ uxori optimæ ac benemerentiſſimæ poſuit. Quæ vixit ann. XXXXVI. Menſ. VI.

OBIIT KAL. MARTII. ANN. M.CCCC.LXXXX.

ILLA TORI BENEFIDA COMES CVSTOSQ PVDICI
CVIQ ET ACVS PLACVIT CVI PLACVERE COLI
QVÆQ FOCVM CASTOSQ LARES SERVAVIT ET ARÆ
ET THVRA ET LACHRIMAS ET PIA VOTA DEDIT
IN PROLEM STVDIOSA PARENS ET AMABILIS VNI
QVAE STVDVIT CARO CASTA PLACERE VIRO
HIC POSITA EST ARIADNA ROSÆ VIOLÆQ NITESCAT
QVA POSITA ES SYRIO SPIRET ODORE LOCVS
VRNA CROCVM DOMINÆ FVNDAT DISTILET AMOMV
AD TVMVLVM ET CINERI SPICA CILISSA FLVAT.

QVINQVENNIO POSTQVAM VXOR ABISTI DE
DICATA PRIVS AEDICVLA MONVMENTVM HOC
TIBI STATVI TECVM QVOTIDIANVS VT
LOQVERER NEC SI MIHI NON RESPONDES NŌ
RESPONDEBIT DESIDERIVM TVI PER QVOD IP
SA MECVM SEMPER ES. AVT ŌMVTESCET ME
MORIA PER QVA IPSA TECV NVNC LOQVOR. HAVE
IGITVR MEA HADRIANA VBI ENIM MEA OSSA
TVIS MISCVERO VTEROQ SIMVL BENE VALEBI
MVS. VIVENS TECVM VIXI ANNOS. XXIX.
DIES. XXIX. VICTVRVS POST MORTVVS
AETERNITATEM AETERNAM.

IOANNES IOVIANVS PONTANVS HADRIANAE
SAXONAE VXORI OPTIMAE AC BENEMEREN
TISSIMAE POSVIT. QVÆ VIXIT ANN. XXXXVI.
MENS. VI.

OBIIT KAL. MARTII. ANN. M. CCCC. LXXXX.

Ibidem.

ELOGIVM FRANCISCI PONTANI.

As aras pater ipſe Deo templumque parabam,
In quo nate meos contegeres cineres.
Heu fati vis læva & lex variabilis ævi,
Nam pater ipſe tuos nate ſtruo tumulos.
Inferias tumulo ſenior natoque ſepulchrum
Pono parens, heu quid ſidera dura parant?
Sed quodcunque parant breve ſit, namque optima vitæ
Pars exacta mihi eſt, cætera fumus erit.
Hoc tibi pro tabulis ſtatuo pater ipſe dolorum.
Heres tu tumulos pro patrimonio habe.

VIXIT ANN. XXIX. M. V. D. III. L. FRANCISCO FILIO
PONTANVS PATER
ANNO CHRISTI. M.CCCCCIIC. D.XXIIII. AVG.

HAS APLAS PATER IPSE DEO TEMPLVMQ PARABAM
IN QVO NATE MEOS CONTEGERES CINERES

HEV FATI VIS LÆVA ET LEX VARIABILIS AEVI
NAM PATER IPSE TVOS NATE STRVO TVMVLOS

INFERIAS TVMVLO SENIOR NATOQ SEPVLCHRVM
PONO PARENS HEV QVID SIDERA DVRA PARANT

SED QVODCVNQ PARAN BREVE SIT NAQ OPTIMA VITÆ
PARS EXACTA MIHI Ē CÆTERA FVMVS ERIT

HOC TIBI PRO TABVLIS STATVO PATER IPSE DOLORV
HERES TV TVMVLOS PRO PATRIMONIO HABE

VIXIT ANN: XXIX· M·V· D. III.
L. FRANCISCO FILIO PONTANVS
PATER.

ANNO CHRISTI· M·CCCCIIC.
·D· XXIIII· AVG·

Ibidem.

ELOGIVM LVCII PONTANI.



As Luci tibi & inferias & munera ſolvo,
Annua vota piis heu mihi cum lachrimis.
Hæc Luci tibi & ad tumulos poſitumque pheretrum
Dona pater multis dilluo cum lachrimis.
Hæc dona inferiaſque heu heu hunc nate capillum
Incanamque comam hanc accipe & has lachrimas:
His lachrimis, his te inferiis, hoc munere condo
Nate vale æternum ô & valeant tumuli.
Quin & hient tumuli & tellus hiet & tibi memet
Reddat, & una duos urna tegat cineres.

PONTANVS PATER LVCIO FILIO INFELICI.

HAS LVCI TIBI ET INFERIAS ET MVNERA SOLVO
ANNVA VOTA PIIS HEV MIHI CVM LACHRIMIS
HÆC LVCI TIBI ET AD TVMVLOS POSITVQ PHERETRV
DONA PATER MVLTIS DILLVO CVM LACHRIMIS
HÆC DONA INFERIASQ HEV HEV HVNC NATE CAPILLV
INCANAMQ COMA HAC ACCIPE ET HAS LACHRIMAS
HIS LACHRIMIS HIS TE INFERIIS HOC MVNERE CODO
NATE VALE AETERNV O ET VALEANT TVMVLI
QVIN ET HIENT TVMVLI ET TELLVS HIET ETIBI MEME
REDDAT ET VNA DVOS VRNA TEGAT CINERES.

PONTANVS PATER LV FILIO
INFELICI

Ibidem.

ELOGIVM STELLÆ PONTANÆ.



Ucilli tibi lux nomen dedit & dedit ipſa
Mater ſtella tibi ſtellaque luxque ſimul,
Eripuit nox atra, nigræ eripuere tenebræ,
Uixiſti vix quot litera prima notat.
Hoſne dies breve tamne tibi luxfulſit & auræ
Maternum in nimbis ſictenuere jubar?
Infelix fatum pueri puer heu male felix,
Heu quod nec puer es nec niſi inane quid es!
Floreat ad pueri tumulum ver hallet & urna
Lucilli, & cineri ſpiret inuſtus odor.

Dies L. non impleſti, Filiole, breve naturæ ſpecimen, æternus Parentum dolor ac deſiderium.

LVCILLI TIBI LVX NOMEN DEDIT ET DEDIT IPSA
MATER STELLA TIBI STELLAQ LVXQ SIMVL
ERIPVIT NOX ATRA NIGRÆ ERIPVERE TENEBRÆ
VIXISTI VIX QVOT LITTERA PRIMA NOTAT
HOSNE DIES BREVE TAMNE TIBI LVXFVLSIT ET MRÆ
MATERNVM IN NIMBIS SIC TENVERE IVBAR
INFELIX FATVM PVERI PVER HEV MALE FELIX
HEV QVOD NEC PVER ES NEC NISI INANE QVID ES
FLOREAT AD PVERI TVMVLVM VER HALLET E VRNA
LVCILLI ET CINERI SPIRET INVSTVS ODOR

DIES L NON IMPLESTI FILIOLE
BREVE NATVRÆ SPECIMEN AE
TERNVS PARENTVM DOLOR
AC DESIDERIVM

for study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections

Ibidem.

ELOGIVM MARTIÆ PONTANÆ



Iquisti patrem in tenebris mea filia postquam
De luce in tenebras filia rapta mihi es:
Sed neque tu in tenebras rapta es quin ipsa tenebras
Liquisti & medio lucida sole micas:
Cælo te nata aspicio nunc nata parentem
Aspicit, an fingit hæc sibi vana pater?
Solamen mortis miseræ te nata sepulchrum
Hoc tegit haud cineri sensus ines se potest:
Siqua tamen de te supereſt pars nata, fatere
Felicem quod te prima juventa rapit:
At nos in tenebris vitam luctuque trahemus,
Hoc precium patri filia quod genui.

MVsæ filia luxerunt te in obitu, at lapide in hoc luget te pater tuus quem liquisti in squalore, cruciatu, gemitu. heu heu filia, quod nec morienti pater affuit, qui mortis cordolium tibi demerem, nec sorores congemiscenti collachrimarentur misellæ, nec frater singultiens, qui sitienti ministraret aquulam, neu mater ipsa, quæ collo implicita ore animulam exciperet infeliciſſima: hoc tamen felix quod haud multos post annos te revisit, tecum nunc cubat: ast ego felicior, qui brevi cum utraque edormiscam eodem in conditorio. Vale filia, matriquę frigescenti cineres interim calefac, ut post etiam refocilles meos.

IOANN. IOVIANVS PONTANVS L. MARTIÆ FILIÆ DVLCISSIMÆ POSVIT, QVÆ VIXIT ANN. XIV. MENSES VII. DIES XII.

LIQVISTI PATRE IN TENEBRIS MEA FILIA POSTQVAM
DE LVCE IN TENEBRAS FILIA RAPTA MIHI ES
SED NEQ TV IN TENEBRAS RAPTA ES QVIN IPSA TENEBRAS
LIQVISTI ET MEDIO LVCIDA SOLE MICAS
CAELO TE NATA ASPICIO NVNC NATA PARENTEM
ASPICIT AN FINGIT HAEC SIBI VANA PATER
SOLAMEN MORTIS MISERAE TE NATA SEPVLCHRVM
HOC TEGIT HAVD CINERI SENSVS INESSE POTEST
SIQVA TAMEN DE TE SVPEREST PARS NATA FATERE
FELICEM QVOD TE PRIMA IVVENTA RAPIT
AT NOS IN TENEBRIS VITAM LVCTVQ TRAHEMVS
HOC PRECIVM PATRI FILIA QVOD GENVI

MVSAE FILIA LVXERVNT TE IN OBITV AT LAPIDE
IN HOC LVGET TE PATER TVVS QVEM LIQVISTI IN
SQVALORE CRVCIATV GEMITV HEV HEV FILIA QVOD
NEC MORIENTI PATER AFFVIT QVI MORTIS CORDO
LIVM TIBI DEMEREM NEC SORORES CONGEMISCETI
COLLACHRIMARENTVR MISELLAE NEC FRATER
SINGVLTIENS QVI SITIENTI MINISTRARET AQVV
LAM NEV MATER IPSA QVAE COLLO IMPLICITA ORE
ANIMVLAM EXCIPERET INFELICISSIMA HOC TAMEN
FELIX QVOD HAVD MVLTOS POST ANNOS TE REVISIT
TECVM NVNC CVBAT AST EGO FELICIOR QVI BRE
VI CVM VTRAQVE EDORMISCAM EODEM IN CONDI
TORIO VALE FILIA MATRIQVE FRIGESCENTI
CINERES INTERIM CALFAC VT POST ETIAM RE
FOCILLES MEOS

IOANN: IOVIANVS PONTANVS L. MARTIAE
FILIAE DVLCISSIMAE POSVIT QVAE VIXIT
ANN. XIIII. MENS. VII. D. XII.

Ibidem.

45.

ELOGIVM
PETRI COMPATRIS
PONTANI.



Vid agam requiris? Tabesco. Scire quis sim cupis? Fui. Vitæ quæ fuerint condimenta rogas? Labor, Dolor, Ægritudo, Luctus, Servire superbis Dominis, Iugum ferre superstitionis, Quos caros habeas sepelire, Patriæ videre excidium. Nam uxorias molestias nunquam sensi.

PETRO COMPATRI VIRO OFFICIOSISSIMO
PONTANVS POSVIT CONSTANTEM OB AMICITIAM.
ANN. LIII.
M. CCCC. LXXV. KAL. DEC.

QVID AGAM REQVIRIS ? TABES,
CO. SCIRE QVIS SIM CVPIS ? FVI.
VITAEQVÆ FVERINT CONDIMẼ,
TA RÒGAS ? LABOR. DOLOR. AE
GRITVDO. LVCTVS. SERVIRE
SVPERBIS DOMINIS. IVGVM FER,
RE SVPERSTITIONIS. QVOS CA,
ROS HABEAS SEPELIRE. PATRIAE
VIDERE EXCIDIVM. NAM V,
XORIAS MOLESTIAS NVNQVAM
SENSI.

PETRO COMPATRI VIRO. OF,
FICIOSISSIMO PONTANVS POSVIT
CONSTANTEM OB AMICITIAM.

ANN. LIII.

M. CCCC I. LXXV. KAL. DEC.

Ibidem. In interiori sacelli parte ad introitus parietem. 46

ELOGIVM ALPHONSI ARRAGONVM REGIS.

ALphonſus Arragonum & Siciliæ rex, non tantum doctos in omni ſcientiarum genere viros amavit: Sed ipſe etiam tam impenſe bonorum auctorum lectioni operam dedit, ut à graviſſimis etiam morbis, lectionis aſſiduitate ſe liberatum ſæpenumero pronunciarit. Hiſpanos etiam quingentis atque eo amplius annis à ſtudiis uſque adeo abhorrentes, ut qui litteris operam impenderent, ignominia propemodum notarentur, ad litterarum cultum ſic revocavit, ut rudes propeque efferatos homines, doctrina & eruditione reformaverit. Statim poſt prandium, vel Antonium Panormitam (qui deinde de dictis & factis ejus libros ſcripſit) vel è doctis aliquem audiebat, ut qui dignum judicaret, animum quoque cibo ſuo poſt paſtum corporis reficiendum eſſe. Quotidie Poëtas, Philoſophos, Theologos, aut legentes, aut diſputantes, aut orantes magna attentione audire ſolebat. Alphonſus Arragonum rex, & Siciliæ, vir ſane doctiſſimus, Bibliothecæ exſtruendæ diligentem navavit operam. A Coſmo Mediceo ſeniore, Livii decadas dono accepit. Quas cum evolveret, medicis prohibentibus, ne forte paginæ veneno fuiſſent infectæ; ô ſtulti (reſpondit) an neſcitis, regum animas ſub præcipua Dei Optimi Maximi tutela eſſe? A Venetis brachium ex reliquiis Titi Livii ſummi muneris inſtar obtinuit, ut ait Panormitanus libro de rebus geſtis Alphonſi. Cum arcem Neapolitanam inſtaurare decreviſſet, Vitruvii de Architectura librum afferri ad ſe juſſit. Verùm cum ſine ornatu atque aſſeribus allatus eſſet: Non decet (inquit) hunc potiſſimum librum, qui nos quo modo contegamur tam belle doceat, detectum incedere. Librum igitur egregie ad uſum parari mandavit, & omnibus ſemper ædificiis adhibuit. Idem Alphonſus cum aliquando de jactura rerum pretioſarum ſermo haberetur, perſanctè affirmaſſe dicitur, malle ſe gemmas, uniones, margaritas ſuas, quæ quidem eſſent in toto orbe celeberrimæ & pretioſiſſimæ, quam libros qualeſcunque perditum iri. Hæc idem Panormitanus libro quarto de rebus geſtis Alphonſi, qui non minus ob Bibliothecam clarus evaſit, quam armis, quibus Neapolim cepit, & Apuliæ regnum, pulſo Renato, obtinuit.

Tabulae hae Neapoli leguntur sub Regum monumentis appensae, cum illorum imaginibus, apud S. Dominicum in eo loco qui sacristia dicitur.

ORTVS
INCLITVS ALPHONSVS QVI REGIBVS IBERIS
HIC REGNVM AVSONIAE PRIMVS ADEPTVS ADEST

OBIIT M. CCCC. LVIII.

FERRANDVS SENIOR QVI CONDIDIT AVREA SECLA
ITALIAE HIC FELIX VIVIT IN ORE VIRVM

OB . . 1494.

FERRANDVM MORS SAEVA DIV FVGIS ARMA GERENTEM
MOX POSITIS. QVÆNAM GLORIA. FRAVDE NECAS.

M. CCCC. LXXXXVIII.

ELOGIVM PETRI NAVARRI.



Etrus Navarrus Hiſpanus dux, primus cuniculos tormentario pulvere replere, & horrendo motu arces & propugnacula funditus diſjicere docuit. Ob quam rem vulgo πολίπορθος nominatus eſt, turrium arciumque everſor. Sic arcem Ovi Neapolitanam miſerabili Gallorum ſtrage evertit anno 1503. Sic novennio poſt Bononiam oppugnans, ductu Iulii II p p. & regis Ferdinandi Neapolitani, eam muri partem, qua ſacellum eſt Baracanum appellatum, ſudito igni cuniculo, una cum ſacello adeo in altum ſuſtulit, ut per illud ſpacium, quod inter ſolum murumque relinquebatur, ab iisqui foris erant, interior civitas, militeſque ad propugnandum parati, aperte conſpecti fuerint.

In ede S. Ioannis in Carbonara sumptuosiss: marmoreo sepulchro

A. GALEATIO CARACIOLO QVI SVB REGIBVS ARRAGO-
NEIS ADVERSVS TVRCAS REGIIS SIGNIS PRAEFVIT
VIXIT ANNOS. LVII. NICOLAVS ANTONIVS PA-
RENTI OPTIMO FECIT.

ODETTO FVXIO LAVTRECCO CONSALVS FERDINANDVS
LVDOVICI FIL. CORDVBA. MAGNI CONSALVI NEPOS CVM
EIVS OSSA QVAMVIS HOSTIS IN AVITO SACELLO VT BELLI
FORTVNA TVLERAT SINE HONORE IACERET COMPERISSET
HVMANARVM MISERIARVM MEMOR GALLO DVCI HIS-
PANVS PRINCEPS POSVIT

OSSIBVS ET MEMORIÆ PETRI NAVARRI CANTABRI SOLERTI
IN EXPVGNANDIS VRBIBVS ARTE CLARISSIMI CONSALVVS
FERDINANDVS LVDOVICI FILIVS MAGNI CONSALVI NEPOS
SVESSAE PRINCEPS GALLORVM PARTES SEQVVTVM PIO
SEPVLCHRI MVNERE HONESTAVIT CVM HOC IN SE HA
BEAT PRAECLARA VIRTVS VT VEL IN HOSTE SIT AD
MIRABILIS.

Neapoli.

48.

ELOGIVM
BALDI PERVSINI.



Aldus Perusii natus ex Vbaldorum nobili familia: Is generis splendori adjecit doctrinam excellentem in Iurisprudentiæ studio, & aliis liberalibus disciplinis: auditor enim fuit Bartholi de Saxoferrato: præceptorique non cessit scientiarum cognitione. In patria docuit summa cum laude & auditorum frequentia, qui undique Perusium confluebant ad illum audiendum. Sed postquam magnus ille Galeacius Vicecomes Mediolanensis Academiam Ticini erexisset, & scholas studiis bonarum literarum florentes excitasset, accitis undique celeberrimis professoribus, qui juventutem tam in Philosophia, quam in Iurisprudentia instituerent, constitutis unicuique pro ratione & dignitate professionis, luculentissimis stipendiis, Baldum quoque Perusio evocavit, qui summa auditorum frequentia Papiæ, quæ est Ticinum, Ius aliquot annos publice docuit. Pervenit ad annum ætatis septuagesimum sextum. Decessit è vita paulo ante Galeacii mortem. Sepeliri voluit amictus habitu S. Francisci, ratus id plurimum ad animæ salutem conducere. Quod etiam à Rudolpho Agricola factitatum tradunt, & ab aliis multis. Baldus florebat Anno M.CCCLXV. sepultus Anno M.CCCC.

Baldi J. C. Epitaphium.

VITA LABOR STVDII DIVINI CVLTVS AMORIS
ARTES, NATVRÆ FVLGENTIA DICTA, LEGALES
NORMÆ, PASTORVM QVÆ SVNT ET CÆLICA IVRA
ORNANT BALDI ANIMVM, QVÆ PANDENT DOGMATA CLARO
ET QVIA NVNC LINQVIT MORTALIS PONDERA CARNIS
DVLCIA IAM GVSTANS AVTORIS PASCVA SVMMI
CLAVDITVR HIC BALDVS ERANCISCI TEGMINE FVLTVS
DOCTORVM PRINCEPS PERVSINA CREDITVS ARCE.

OBIIT ANNO M. CCCC. D.XX.APRIL. IN AVRORA.
GOTHARDVS REGNA MEDIOL. TICINENCIS GYM
NASII RECTOR INSTAVRAVIT ANNO M.D.XLVII.

FILIVS ASTREÆ, IVRIVM PATER, ARTIS ALVMNVS
CÆSAREÆ VERVS RELLIGIONIS HONOS.
BALDVS PERVSII DVCENS COGNOMEN AB VRBE.
CLAVDITVR HIC, ANIMVS SYDERA SVMMA TENET.

Papiæ.

ELOGIVM IASONIS MAYNI.



Aſon Maynus Patricius Mediolanenſis, eques auratæ militiæ, & Senator Ducalis. Vir corporis habitu elegan-ti, moribus facilis, in colloquiis familiaribus facetus & hilaris, in rebus magnis gravis, acutus, & perſpicaciſſimi judicii: prudens in conſiliis, cujus autoritas maxima fuit apud Fredericum, & Maximilianum Imperatores Ro-manorum: ad quos miſſus eſt legatus à Ludovico Sfortia duce Mediolanenſium. Illum non ſolum Imperatores ſumma benevolen-tia, & honore ſæpius exceperunt, ſed in eum liberaliſſimi fuerunt,ornarunt-que illum multis luculentis muneribus & privilegiis, quibus ſub Imperio Dominii jus & autoritatem ampliſſimam obtineret. Cum Alexander VI. Borgia Pontificatum Maximum iniret, Anno Domini 1491, ab omnibus Chriſtianis principibus legati Romam miſſi ſunt, qui illi gratularentur: communique omnium ſententia Maynus, qui eo quoque à principe Me-diolanenſi fuerat miſſus, judicatus eſt omnium eloquentiſſimus, ac præci-puo honore dignus. In eo enim conventu coram novo pontifice oratio-nem habuit, in qua omnes ingenii vires & facundiam admirabilem ſenatui Apoſtolico oſtendit. Vtque erat excellens Philoſophus, in Iuris prudentia nulli ſuo tempore ceſſit. Docuit ſumma auditorum frequentia Piſis, Pa-duæ, & Papiæ,ubi primum ſemper locum inter jurisProfeſſores eſt conſecu-tus, per ſpatium fere quinquaginta annorum. Mortuus eſt Papiæ 84 ætatis anno,Chriſti vero 1519.MaximilianoI.Roman.Imp.&Alexandro VI P.M. Scripta ejus hæc leguntur: Super tit. de act. & inſtitutis lib. 1. Super codice lib.9. Super ff. lib. 50. Scripſit & epiſtolas diverſas & orationes. Et Epithala-mium Maximiliani Imp. & Mariæ Blanchæ. Et in totum Ius civile.

CINO EXIMIO IVRISC: BARTOLO PRÆCEPTORE DIGNIS-
SIMO, POPVLVS PISTOIENSIS B. M. P. OBIIT ANNO
M. CCC. XXXVI.

Pistoiæ.

DINI CINI ET FLORIANI IVRECC. OSSA HIC
CONTINENTVR


Bononiæ.

IASON MAYNVS I.C. EQVES ET COMES QVIS-
QVIS ILLE FVERIT HIC REQVIESCIT.

Papiæ. Ad S. Jacobum.

ELOGIVM BARTOLI DE SAXO-FERRATO.

BArtolus de Saxoferrato (urbs eſt Vmbriæ, Sentinum olim dicebatur) natus eſt Anno 1303 parentibus honeſtæ conditionis. Petri Aſſiſii in Philoſophia auditor fuit, & in Iuriſprudentia præceptores habuit Cinum, & Iacobum Botigarium. Vir fuit ingenio ſubtili & acuto, facundæ eloquentiæ & multi conſilii: aſſiduus in ſtudio legum, ſobrius in victu, memoria labili, cui defectui ut ſuccurreret: quæcunque meditabatur, ſcripto ſtatim mandavit. Ideo delitias omnes poſtponens, & liberiora corporis exercitia negligens, totum ſe ſtudiis dedebat, nullam ſibi à ſerioribus meditationibus relaxationem concedens. Severus in omni re, maximè in delictorum pœnis, quas juſto acerbius exigebat à reis, dum criminalium cauſarum Tuderti Iudex eſſet conſtitutus. Hæc nimia ſeveritas illi crudelitatis notam inuſſit, illumque populo reddidit odioſum. Exiſtimabant enim omnes Tudertini doctrinam, & bonarum diſciplinarum ſcientiam, morum eruditionem debere gignere, & truculentam iſtam crudelitatem mitigare, quæ incultum & barbarum animum plerumque ſequitur, & humanitatis expertem. Summum jus ſumma ſæpe eſt injuria. Clementia principem generoſum & optimates in magiſtratu conſtitutos adprimè decet. Si enim Deum, cujus ſunt miniſtri, imitari debent: qui non exacte punit ſontes: ſed majori miſericordia erga genus humanum utitur, quàm acerbitate, licet crimina ſontium mereantur durius caſtigari. Cum igitur Bartolus propter nimiam ſeveritatem ſuis eſſet ingratus, & odioſus: neque ferre poſſet publicum contemptum & invidiam, relicta urbe ſeceſſit in villam, quam habuit amæniſſimam, ubi ſcriptioni incumbens multos annos privatus exegit. Piſis interim & Peruſii magna auditorum frequentia, & laude docuit jus civile: ejus autoritas magna erat per totam Italiam propter ſoliditatem conſiliorum quibus res principum adjuvabat. Erat enim Caroli Quarti Rom. Imper. conſiliarius, à quo nobilitate donatus eſt. Mortuus eſt Peruſii Anno ætatis quinquageſimo ſexto, Chriſti vero 1355. Carolo IIII. Romano Imperatore & Innocentio VI. Pontifice Maximo.



Perúsij in Franciscanorum templo

ELOGIVM
POGGII FLORENTINI.



Poggius Brandolinus, vel Bracciolinus, Florentinus originem debet Terræ novæ agri Aretini oppido. Fuit hic, ut de eo Iovius in elogiis inquit, Pontificiis scriniis sub Eugenio & Nicolao, præfectus, æquatus scilicet honore summis viris, qui in eo munere fidelis eruditique ingenii operam præstitissent: in his fuere Leonardus Aretinus, Mapheus & Iohannes Aurispa. Cum pene omnem ætatem in Romana curia consumpsisset, anno ætatis LXXII. Florentinam accitus est, ut Reipub. Patriæ à secretis foret. Vir omnino erat gravis consilii, & facetus; sed ut apud Iovium inibi legas, erat adeo intemperans objurgator, ut cum in theatro Pompeii, loco & die celebri, ubi bullatorum diplomatum censura habebatur, Georgio Trapesuntio malediceret, ab eo acriter duplici colapho cæderetur. Poggii hujus laus est, quod, ut Raph. Volateranus testatur lib. XXI. Quintilianum & Asconium invenerit in Concilio Constantiensi, quod celebratum anno CIↃCCCCXV, & sequentibus duobus. Ac Quintilianum quidem in salsamentarii taberna reperit: ut est apud Iovium in elogiis, illud vero alibi me legisse non recordor. Silium quoque Italicum eidem deberi, uti Scriverio nostro observatum ex versibus istis Vgolini Verini lib. II. de viris illustribus urbis Florentinæ.

Quin etiam sollers Germanis eruit antris
In Latium altiloqui divina volumina Silî.
Integer Orator nobis, Fabiusque relatus &c.

Quod autem de integro oratore ait, exinde lucem capit, quod Ciceronis libros de finibus, & de legibus, à se in Germania descriptos, in Italiam primus attulit: ut est apud Iovium in elogiis. Plura ibidem de Poggio vide: uti & apud Bergomatem in Chr. suppl. ad annum CIↃCCCCXVI: sed quòd hic facetiarum ejus librum vocat pulcherrimum, qui non inficetissimus modo, sed etiam impurissimus, & plane flammis dignus est: sane rem facit ordini suo Eremitico, quem profitebatur, indignam.



Romæ In templo S. Gregorij.

52

ELOGIVM HIERONYMI FERRARII.

HIeronymo Ferrario Corrigienſi, quem in ipſo ætatis flore ex oculis hominum non ex memoria mors eripuit, amici & familiares Acerbo in officio diligentes, hoc monumentum pro munere extremo cum lachrymis poſuerunt. Vixit Ann. XLI. obiit III. Calend. Octob. Anno M.D.XXXXII.

ELOGIVM BARTHOLOMÆI SALICETI.

BArtholomæo Saliceto Bononienſi, quem ob ejus præſtantem in omni virtutis genere animum, mirari magis quam laudare licet, in quo fides & religio cum doctrina certabant. Vixit Ann. LXXVII. D. X.

VIRTVTI STVDEAS, BONA NEC DIFFERTO VIATOR:
SIC TVA POST CINERES GLORIA MAIOR ERIT.

Romæ.

HIERONYMO FERRARIO CORRIGIENSI QVEM
IN IPSO ÆTATIS FLORE EX OCVLIS HOMINVM
NON EX MEMORIA MORS ERIPVIT, AMICI
ET FAMILIARES ACERBO IN OFFICIO DILIGENTES
HOC MONVMENTVM PRO MVNERE EXTREMO
CVM LACHRYMIS POSVERVNT. VIXIT ANN. XLI
OBIIT III. CALEND. OCTOB. ANNO M.D.XXXXII.

Study purposes only. The Warburg Institute Digital Collections

Romæ ad S: Mariam de anima.

BARTHOLOMÆO SALICETO BONONIENSI QVEM
OB EIVS PRÆSTANTEM IN OMNI VIRTV-
TIS GENERE ANIMVM, MIRARI MAGIS QVAM
LAVDARE LICET, IN QVO FIDES ET RELI-
GIO CVM DOCTRINA CERTABANT · VIXIT
ANN: LXXVII · D · X ·

VIRTVTI STVDEAS, BONA NEC DIFFERTO VIATOR:
SIC TVA POST CINERES GLORIA MAIOR ERIT

ELOGIVM FRANCISCI CVRTII.

Sacrarum interpres legum sanctissimus olim
Franciscus Patriæ gloria magna suæ,
Quem probitas, quem cana fides pietasque deorum
Fecerat, hoc positum marmore corpus habet.

OBIIT ANNO M.CCCC. XCV. XXX. IVLII.
BERNHARDINVS CVRTIVS
GRATVS FILIVS. F. I.

ELOGIVM RAPHAELIS FVLGOSI.

ADvocatis de quota litis pacisci interdicitur. Raphael Fulgosus maximi nominis I. C. cum juvenis esset, à consultore partem litis evictæ salarii nomine acceperat. Cæterum ætate maturior cum in C. sumtus, ff. de pactis incidisset, quo loco disertim pacta ista prohibentur, quæcunque acceperat cum fænore restituit. Cujus exemplum utinam multi imitarentur.

Papiæ Francisci Curtij monumentum.

SACRARVM INTERPRES LEGVM SANCTISSIMVS OLIM
FRANCISCVS PATRIÆ GLORIA MAGNA SVÆ
QVEM PROBITAS QVEM CANA FIDES PIETASQVE DEORV
FECERAT HOC POSITVM MARMORE CORPVS HABET.

OBIIT ANNO M. CCCC.XCV.XXX. IVLII.
BERNHARDINVS CVRTIVS GRATVS FILIVS. F.I

FVLGOSVS RAPHAEL VIRTVTVM IASPIS VTROQVE
IVRE STVPOR TANTVS QVI TANTVS QVANTVS ET ORBIS
SCRIPTIS MORTE VACAT TAM PARVO CLAVDITVR ANTRO

Papiæ.

54.

ELOGIVM
HVLRICHI ZASII



Vlrichus vel Vdalrichus Zasius patriam habuit Constantiam urbem celebrem Sueviæ, ad lacum Potamicum sitam, quem Rhenus medium præterlabitur: olim Gannodurum, teste Ptolomæo lib. 2. cap. 9 Parentes Zasii honesti fuerunt cives, & fortunæ mediocris. Is natus est Anno Domini 1461. Ab ineunte ætate Philosophiæ, & studiis bonarum disciplinarum operam dedit. Postea Iurisprudentiæ summa diligentia incumbens, in ea perfectissimam cognitionem acquisivit. Friburgum tandem ab Academicis Constantia vocatus, stipendioque non vulgari proposito, Curiæ præfectus est, & in Doctorum juris collegium communibus totius Academiæ suffragiis adoptatus, cujus postea decus & ornamentum eximium extitit leges docendo, & scribendo, præsertim de instaurando jure municipali. Ejus opera sunt hæc: Intellectus singulares. Commentaria in legem 2. de Origine Iuris. Tractatus substitutionum. De infantibus Iudæorum Baptizandis. Apologia contra Eccium. Item contra Stellam Aurelienſem. Epitome in usus Feudales. Summa in digestum vetus. Lecturæ in aliquot titulos primæ partis digesti veteris. In titulum, Si certum petatur. In 2. parte Super titulum de Actionibus in institutis. Consiliorum libri duo: & alia quædam quę imperfecta reliquit.


ELOGIVM IOANNIS ANDREÆ,

MAximus & disertissimus I. C. fuit. Ejus epitaphium, litteris rudioribus inscriptum, ita legi debet:

Hic jacet Andreas notissimus orbe Iohannes,
Primo qui Sexti Clementis atque novellas
Ieronymi laudes, Speculique jura peregit
Rabbi doctorum, lux, censor normaque morum,
Occubuit duro proh fato pestis in anno.

ANNO M. CCC. XLVIII, DIE VII. IVLII.

Ioannis Andreæ monumentum.




Apud S. Dominicum. Bononiæ. 56.

ELOGIVM
BARTHOLOMÆI
DE
SALICETO.



Ic etiam inter præcipuos Iuris civilis interpretes atque antiſtites fuit. Ejus epitaphium ſic eſt legendum:

Hoc tumulo legalis apex, dulciſſimus ore,
Et patriæ lux alma ſuæ pietatis amator,
Iuſtitiæque ſacræ clypeus, baculuſque cadentum,
Qui juvenis, multoque etiam venerabilis ævo
Edocuit. Superavit eum nec pœna laboris
Scribendo, & pariter juris enucleando tenebras,
De Saliceto requieſcit Bartholomæus.




In pariete dextro chori ueteris.
Bartholomei de Saliceto.

ELOGIVM LVDOVICI BOLOGNINI.



Vdovico Bolognino Iuriſcon. ac Equiti, qui cum Bononiæ Ferrariæque jura interpretatus, & ab Innocentio VIII. Pont. Carolo Gal. VIII. Reg. Ludovico Mar. Sfort. Inſubr. Duce ad reſpondendum ſibi de jure aſcitus, Florentiæque litibus judicandis V. Vir & Præt. fuiſſet ab Alexandro VI. Pont. Senat. Rom. Def. & à Iulio. II. Pont. XL. Viratum adeptus, ab eoque legatus ad Ludovicum Francor. XII Regem Romam legationem retuliſſet Bon. rediens Ann. LXI. & M. D. VII. Florentię obiit. Bartolomeus Eques & Senator Bononi. F. Fratri Io. Mar. Equiti patruo F. CC. M. D. L. III.



Bononiâ Super porta Sacristiæ S. Dominici 58.

ELOGIVM IOHANNIS CROTI MONFERRATI.



Ohanni Croto plurimum quoque Ius Civile & Pontificium debet. Vtrique & Pisis & Bononiæ strenuè pro virili vacavit. Vnde tale ejus Epitaphium:

Ioh. Croto Monferrato Pont. Cæsareique juris Monarchæ. Qui dum Bononiæ floruit in utraque palestra inde Pisas vocatus deserti jam pridem Gymnasii instaurator fato concessit. Magdalena Landa viri B. M. Ossa referens ere proprio hoc monumentum faciendum curavit.




D. O. M.
IO. CROTO MONFERRATO PONT. CÆSQ. IVRIS
MONARCÆ. QVI DVM BONONIÆ FLORVIT IN
VTRAQ. PALESTRA INDE PISAS VOCATVS DESER
TI IAM PRIDEM GYMNASII INSTAVRATOR
FATO CONCESSIT. MAGDALENA LANDA VIRI
B. M. OSSA REFERENS ÆRE PROPRIO HOC
MONVMENTV FACIENDVM CVRAVIT.

Apud S. Dominicum Super. portam
Bononiæ

ELOGIVM AVGVSTINI BEROII.

AVGVSTINO BEROIO IV. RISCON. ET EQ. C. VIX. ANN. LXXIX. M. XI. OB. M.D.LIIII. ID. SEP.

Free copy for research purposes only © The Warburg Institute Digital Collections



In introitu eiusdem templi.

ELOGIVM
IOHANNIS ANTONII FLAMINII.




IOannes Antonius Flaminius Forocornelienſis parens ſummi viri, M. Antonii Flaminii, anno CIↃIↃXVI ſignavit vitam Alberti Magni: eamque dicatum ivit Leandro Alberto Bononienſi. Item tum prodidit vitam B. Vincentii Valentini Ord. Prędic. quam miſit Franciſco Bentivoglio, Bononienſis eccleſiæ Canonico. Vt nihil dicam de duobus Sylvarum libris, & tribus Epigrammatum libellis, Bononiæ excuſis anno CIↃIↃXV: item Tragædia, quæ Priamus dicitur, ac tribus libris de harmonica inſtructione, & epiſtolarum acervo. Omnium horum ibidem meminit Leander, ac luculentas Flaminii laudes adjungit. Vti & in ſua Italiæ deſcriptione facit non uno in loco. Quo in opere, Lombardiam Tranſpadanam deſcribens, ait, eum & poſteris prodidiſſe vitam B. Ioannis Boni, ex ordine Eremitarum, in quo ei præiverat Franciſcus Sylvius, Ferrarienſis Monachus, ac poſtea magiſter ſodalitatis Prædicatorum; Idem Leander quo loco nobis Romanulæ ſitum ob oculos ponit, Bononiæ eum ait diu ludum habuiſſe, atque inibi deceſſiſſe anno CIↃIↃXXXVI, ac ſepultum eſſe in porticu B. Dominici.



In pariete peristilij apud portam.

ELOGIVM AVGVSTINI ZANETTI.

AVGVSTINVS ZANETTVS BON. PONT. CÆSAREIQ. IVR. DOCTOR, EP. SEBASTEN. ET BON. SVFR. ET VIC. POST GRAVES AC DIVTVRNOS LABORES, DE SEMPITERNA QVIETE COGITANS, MELCHIORI PATRVO, CAVSID. INSIGNI, SIBIQ. AC POST. S.O.M.P. ANNO A NATALI DEI ET HOMINIS, M. D. XLI.




Bonomiæ Augustini Zanetti.

ELOGIVM HIERONYMI PRVNDELLI.

HIERONYMO PRVNDELLO REGIENSI IVRECONSVLTO CLARISSIMO AB IMPIO SICCARIO INIVSTISSIME TRANSFIXO FRATRES MOESTISSIMI POSVERE OCTAVO IDVSNOVEMBRIS.

Free copy for study Purposes Only Thomas Institute Digital Collections



Ibidem apud portam.

ELOGIVM ALEXAND. TARTANGNI.



Lexander Tartangnus Imolæ natus eſt. Vixit Romæ Friderici tertii Romanorum Imperatoris tempore, Legum Doctor, & Iuriſperitus tota Italia celeberrimus. Publice magno auditorum conventu per triginta fere annos docuit Papiæ, Ferrariæ, & Bononiæ: Ejus enim tanta fuit per totam Italiam autoritas; ut quicunque illum docentem non audiverat, vix inter doctos numerari poſſet. Scripta reliquit nonnulla, quæ in hodiernum uſque diem à Iuriſperitis magno cum fructu leguntur: Inter quæ primum locum obtinent. In ſexto decretalium lib. unus. In Clementinis lib. unus. In Codice lib. 9. Super ff. veteri lib. 24. Super ff. novo lib. 12. Super ff. Infortiati lib. 14. Lege de eo Trithemium, & ſupplementum Chronicorum. Mortuus eſt Bononiæ locuples, annis & gloria plenus. Sepultuſque eſt in templo S. Dominici anno Chriſtianæ ſalutis MCCCC. LXXVII. Sepulchrum ejus marmoreum maximo ſumptu & ſplendore erectum. Ejus corpus arca ſummo artificio elaborata ex marmore eo conditum eſt.



In pariete sinistro chori ueteris Q

ELOGIVM
HENRICI

Henrici II. Rom. Imperatoris filii.



Iator quisquis, siste Gradum, & quod scriptum est lege, ubi perlegeris pensita, hoc is, cujus causa scriptum est, fieri rogat.


Orto inter Bononienses & Mutinenses Bello Cæsar Henricus. II. Rom. Imperator, filium Hentium Sardiniæ ac Corsicæ insularum regem Mutinensibus suppetias ferre jussit, qui inito apud divi Ambrosii pontem certamine à Bononiensibus capitur, nullaque re, ut dimittatur, impetrat, etsi pater minis, dein precibus & precio deprecatoribus uteretur. Cum tantum auri pro redimendo filio polliceretur, quantum ad mœnia Bononiæ circulo aureo cingenda sufficeret. Sic captivus XXII. Ann. Men. IX. Dies XVI; tenetur, aliturque regio more publica Bononiensium impensa: sic defunctus magnificentissime ac Pientissi. funeratus, hic tumulatur.

Præterea simulachrum hoc in perpetuum monumentum & hosti & captivo.

S. P. Q. B. Po.

Annno Salutis M. CC. LXXII. II. Idus Mar. Hoc volebam ut scires, abi & vale.

Positum Ære publico autoribus Ioanne Francisco Aldrovando Dictatore Consulibusque ——as & Febru —— M. CC —— Prid. Kale. Mar. —— sto —— Senatus —— properante.



CRISTO. OPT:· MAX.

VIATOR QVIS QVIS, SISTE GRADVM, ET QVOD SCRIPTVM EST LEGE, VBI PERLEGERIS PENSITA, HOC IS CVIVS CAVSA SCRIPTVM EST, FIERI ROGAT

ORTO INTER BONONIENSES ET MVTINENSES BELLO, CÆSAR HENRICVS: II ROM: IMPERATOR, FILIVM HENTIVM SARDINIÆ AC CORSICÆ INSVLARVM REGEM MVTINENSIB: SVPPETIAS FERRE IVSSIT, QVI INITO APVD DIVI AMBROSII PONTEM CERTAMINE A BONONIENSIBVS CAPITVR, NVLLAQ RE, VT DIMITTATVR, IMPETRAT, ETSI PATER MINIS, DEIN PRECIBVS ET PRECIO DEPRECATORIBVS VTERETVR· CVM TANTVM AVRI PRO REDIMENDO FILIO POLLICERETVR, QVANTVM AD MOENIA BONONIÆ CIRCVLO AVREO CINGENDA SVFFICERET. SIC CAPTIVVS. XXII. ANN. MEN. IX. DIES. XVI. TENETVR, ALITVRQ REGIO MORE PVBLICA BONONIENSIVM IMPENSA, SIC DEFVNCTVS MAGNIFICENTISSIME AC PIENTISS: FVNERATVS, HIC TVMVLATVR.

PRÆTEREA SIMVLACHRVM HOC IN PERPETVVM MONVMENTVM ET HOSTI ET CAPTIVO.
S. P. Q. B. PO.

ANNO SALVTIS. M. CC. LXXII.
II. IDVS MAR. HOC VOLEBAM
VT SCIRES, ABI ET VALE.

POSITVM ÆRE PVBLICO AVTORIBVS IOANNE FRANCISCO ALDROVANDO DICTATORE CONSVLIBVSQ[ue] [illegible] AS ET FEBRVA[illegible] M.CC[illegible] PRID. KALE: MAR. STO[illegible] SENATVS [illegible] PROPERANTE


Free Collections



E regione Sacelli Popolorum. 65

ELOGIVM MARIANI SOCINI.

MArianus Socinus Iuris ſcientia admodum inclaruit. Quemadmodum quæ ab ipſo edita ſatis poſſunt teſtari. Ille aliquando rogatus, cur minus poſt conjugium quam ante illelibris litteriſque incumberet; reſpondit: Quia uxorem duxi. Dicentique, etiam Socrates uxoratus fuit, cur non & ille Philoſophiæ ſtudia aſpernatus? Xantippe, ait, moroſa erat & deformis: mea autem proba eſt & formâ decenti.



In pariete dextro Mariani Socini monumentum.


ELOGIVM TADÆI PEPOLI.

TADÆVS PEPOLVS A BENEDICTO. XII. PONT. MAX. PRO S.R.E. CONSERATOR IVSTITIÆ POPVLI BONONIENSIS. OBIIT M.CCC.XLVII.

TADÆVS PEPOLVS A POPVLO BONONIENSI ELIGITVR M.D.XXXVII.

Scripſũ eſt ab alia parte hũius ſepũlchri

TADEVS PEPOLVS A BENEDICTO XII. PON. MAX. PRO
S. R. E. CONSERVATOR IVSTITIAE POPVLI
BONONIENSIS. OBIIT. M.CCC.XLVII.



Ibidem in Sacello Pepolorũm.

ELOGIVM
PETRI ANCHARANI.



Etrus Ancharanus Bononienſis ex illuſtri Farneſiorum familia; vir præter ſingularem doctrinam, tam in Philoſophia quam in ſtudio Iuris, longo uſu rerum politicarum prudentior redditus, eloquentiſſimus, & multa autoritate apud ſuos pollens, propter ſalutifera conſilia, quibus tam ſcriptis, quam voce patriam juvans, Principibus Civitatibuſque & Academiis totius Italiæ plurimum commendabatur. Præceptore uſus erat Baldo, ex cujus intima familiaritate multa ſecretiora Iuriſprudentiæ hauſerat documenta. Florebat in Italia anno Chriſti Servatoris 1410 Sigiſmundo Romanorum Imperatore. Sepultus eſt Bononiæ in templo S. Benedicti. Parte ſuperiore monumenti literis Romanis ſcriptum eſt: D. O. M. Petro Ancharano Iuris Pontif. & Cæſ. Clariſſimo interpreti, ejus amantiſſimi ſacrum hoc inſtauratum poſuere anno ſalutis M. CCCC. LXXXXIII. Et in parte inferiore literis Gothicis hæc leguntur:

Canonis hic ſpeculum, civilis & anchora Iuris
Hic jacet, æternas mens tenet alma domos.
Nomen erat Petrus, genuit Farneſia proles
Nunc Ancharanum dat ſibi juris opes.
Quis ſuperavit eum virtute micante? quis iſto
Conſiliis hominum Clarior ante fuit?
Pro meritis nunc aſtra dedit ſibi Iuppiter almus
Et voluit gelido membra jacere ſolo.

D. O. M.
PETRO ANCHARANO IVRIS PONT. ET CÆS. CLARISSIMO INTERPRETI EIVS AMANTISSIMI SACRVM HOC INSTAVRATVM POSVERE ANN. SAL. M. CCCC. LXXXXIII.



CASTIS HIC SPECVLVM CIVILIS ET ANCHORA IVRIS,
HEV IACET ETERNAS MENS TENET ALMA DOMOS
NOMEN ERAT PETRVS GENVIT FARNESIA PROLES
NUNC ANCHARANVM DAT SIBI LAVDIS OPES
QVIS SUPERAVIT EVM VIRTUTE MIRANTE QVIS ISTO
CONSILIIS HOMINVM CLARIOR ANTE FUIT
PRO MERITIS NUNC ASTRA DEDIT SIBI IUPPITER ALMUS
ET VOLVIT GELIDO MEMBRA IACERE SOLO


Sub gradibus chori superioris. 68.

ELOGIVM

ÆGIDII DE FOSCARARIS.



Egidius de Foſcararis, ſive ut alii malunt, de Foſcariis, Bononienſis patria, parentibus patriciis, & locupletibus oriundus, qui filium bonis literis inſtituendum à prima ſtatim pueritia procurarunt. Is, ut ingenio erat acuto, & diligentia ſingulari, laboribuſque in ſtudio indefatigabilis, brevi temporis ſpacio tantum profecit in re litteraria, ut coævos condiſcipulos, rerum cognitione & ſcientia bonarum diſciplinarum longe ſuperare à præceptoribus indicaretur. Adultior factus animum addixit ad ſtudium juris: in quo ſine difficultate excellens redditus eſt, tam in jure Canonico, quã in legibus Imperialibus, & conſiliis, in quibus perfectiſſimus habebatur, & apud omnes Italos celebris. Scripſit de ordine judiciorum libros quinque, de officio Tabellionatus lib. 1. Et quæſtiones varias juris, quæ omnes commendantur maxime ab iis, qui Iuriſprudentiam tractant. Mortuus eſt Bononiæ, ſepultuſque in templo S. Dominici, ſepulchro marmoreo & eminenti.



R 2


In cœmiterio. Egidij de Fuscaris. 69.

ELOGIVM ROLLANDINI.

INter Iuris profeſſores & propagatores primos meritò etiam locum & elogium ſuum Petrus Rollandinus habere debet, quod dixiſſe contenti ſumus, quia plura nobis de eo non conſtant.

Free copy for study purposes only - The Max Planck Institute Library - Digital Collections

Rollandini Sepulchrum.



In cœmiterio S. Dominici.

ELOGIVM
IOANNIS
DE
IMOLA.

Free for study purposes only - THOW arburg Institute Digital Collections

VIT & hic juris doctor & interpres peritissimus. Monumentum hoc quod exstat Bononiæ, loquatur.

D. M. S.
IOANNES DE IMOLA
PONT. CAES. Q. IVRIS
CONSVLTISS.

OSSA
IN. SVPPOSITO GARISENDORVM
SEPVLCHRO REQVIESCVNT.

MARTINI SVLIMANI
CVIVS PRÆCLARA IN
IVRE OPERA EXTANT
HVMATA HIC OSSA
QVIESCVNT LAPIDEA
HAEC MEMORIA ILLI
POSITA EST ANNO
SAL M D XXVI

D M S

IOANNIS DE IMOLA
PONT CÆS Q IVRIS
CONSVLTISS
OSSA
IN SVPPOSITO GARISEN
DORVM SEPVLCHRO
REQVIESCVNT

MINVS GARISENDVS
IL ET IPSE INTERPRES
AMITAE SVAE
CONIVGI
FECIT

Bononiæ in pariete peristilij S. Dominici

ELOGIVM

HYPPOLYTI MARSILII.

D. O. M.

HYPPOLITO MARSILIO IVRECONSVLTO SCIPIO F. PATRI. B. M. P. VIXIT ANN. LXXVIII MENS. II. DIES. XI. OBIIT. ANNO M. D. XXVIX. VII. ID. FEBRV.

Free copy for study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections



Ad dextrum parietem Victoriani sacelli qua ad superiorem chorum conscenditur.

72.

ELOGIVM AZONIS.

AZONI IVRECONSVLTORVM NVMINI
ANNO GRATIÆ M CC. HIC TVMVLATO IN SEPVLCHRO VETVSTATE
COLLAPSO
AC INTER RVDERA VIX AGNITO
IO. FRANCISCVS ALDROVANDVS
DICTATOR
ET CONSVLES BONON.
P. IMPENSA
CONCIVI SVO B. M. MEMORIAM
P.

ANNO SAL. M. CCCC. XCVI.
V. IDVS. OCTOBR.

TRINITATI
AZONI IVRECONSVLTORVM
NVMINI
ANN: GRATIÆ M CC HIC TVMV-
LATO IN SEPVLCHRO VETVSTATE
COLLAPSO
AC INTER RVDERA VIX AGNITO
IO· FRANCISCVS ALDROVANDVS
DICTATOR
ET CONSVLES BONON·
P· IMPENSA
CONCIVI SVO B·M· MEMORIÃ
P.
ANN· SAL· M· CCCC· XCVI·
V· IDVS OCTOBR:

Bononiæ in prima facie turris S. Servitij. 73.

ELOGIVM
S. MATTHEI
GERARDI
TANAREDI.

ELOGIVM
DOMINI
BERNARDI
DE
BOTONO.

Free Copy for study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections

S. MA. GRI TANCREDI EXIMII DOCTORIS DECTOR ARCHIDIACON BON. ORATE EO



S. dñi BERNARDI DE BOTONO DE PARMA CANONICI BON. DECRE TORU DOCTORIS 7 APPARATUS DECRETALIUM COMPILATORIS.

In Templo S. petri.

Warburg Institute Digital Collections
Free copy for study purposes only

ELOGIVM
IOHANNIS PLATEI.

PONTIFICII CIVILISQVE JVRIS CVLTOR ET SCRIPTOR. MONUMENTUM N. VETUSTATE CORRUPTUM, DESTRUCTUMQUE, RENOVATUR DECRETO CARDINALIS IULIANI RUINI, BONON: EPIS. AC PRINCIPIS VIRTUTUM, BONORUMQUE VIRORUM FAUTORIS.

CUI BONONIA PATRIA, PERMAX: DEBEL. CONCIVES MEI, ROGATOS VOS VOLO, UT PACEM HABEATIS. DEUM TIMETE, DATEQUE ILLI HONOREM, JUSTITIAM COLITE. IS ADVERSA, PROSPERA, ET BN: ERIT.

PRO CURANTE FRANCO GUIDIZONO CAR. FAMILIARI. ANNO SALUTIS.

M. D. II. XIII. KAL. FEBR.

D. O. M. Q.

VIATOR, SI CVPIS SCIRE
QVI SIM, IOANNES PLATEVS
PONTIFICII CIVILISQ; IVRIS
CVLTOR ET SCRIPTOR: MONVMENTVM
N. VETVSTATE CORRVPTVM,
DESTRVCTVMQ; RENOVATVR DECRE
TO CARLIS IVLIANI RVINI, BONON
EPIS. AC PRINCIPIS VIRTVTVM,
BONORVMQ; VIRORVM FAVTORIS.
CVI BONONIA PATRIA, PER MAX.
DEBEL. CONCIVES MEI, ROGATOS
VOS VOLO, VT PACEM HABEATIS.
DEVM TIMETE, DATEQ; ILLI HONO.
REM, IVSTITIAM COLITE. IS ADVER
SA, PROSPERA, ET BN ERIT.

CO
PROCVRANTE FRAN: GVIDIZONO
CAR. FAMILIARI. ANNO SALVTIS.
M. D. II. XIII. KAL. FEBR.


Free copy for private study. Institute Library Collections

Apud portam S. Petri.

75

ELOGIVM
LVDOVICO
GONZADINO

Free copy for study purposes only. The Warburg Institute Digital Collections



In monasterio seruorum super porta.

ELOGIVM ANTONII DE BVTIO.

ANtonius de Butio ſummus Iuriſconſultus ætate ſua magnam gloriam per univerſam Italiam adeptus fuit.
Epitaphium ejus hoc invenio;

Qui legum ante alios interpres vixit acutus,
Scævola pro Iuris cognitione novus,
Et Canonum Princeps nulli pietate ſecundus,
Trajano & compar integritate fuit.
Conſilio æquavit magnum & gravitate Catonem,
Antonius Butio quanta ſepulchra colet?




Apud S. Michaelem in Boscho in ingressu peristilij.
Antonij de Bútio. 77.

ELOGIVM
GRATIANI
CLVSINI,



AESAREI IVR. ET PONT. FNVCLE-
ATORIS PROPE DIVINI, QVI MO-
NACHVS IN MARTYRVM FELICIS
ET NABORISÆ DE ABSOLVTISS.
IBIDEM OPVS DECRETORVM
ANNO GRATIÆ M. C. LI.
COMPILAVIT MONVMENTVM QVOD
ILLIC CARIE RVDERIBVSQVE
OBSORDVERAT HIC
MAGNIFICENTIVS RENOVATVM
IOANNES FRANCISCVS
ALDROVANDVS BONONIAE
IIII. DICTATOR
ÆRE PVBLICO
INSTAVRAVIT.


ANNO SALVTIS M. CCCC. LXXXXIX. IDIBVS JVNII JOANNE BENTIVOLO II. PP. FELICITER GVBERNANTE.


D· O· M·
GRATIANI CLVSINI CAESAREI
IVR·ET PONT· ENVCLEATORIS
PROPE DIVINI QVI MONACHVS
IN MARTYRVM FELICIS ET
NABORISÆ DE ABSOLVTISS
IBIDEM OPVS DECRETORVM
ANNO GRATIÆ M·C·LI·
COMPILAVIT MONVMENTVM
QVOD ILLIC CARIE RVDERIBVS
OBSORDVERAT HIC
MAGNIFICENTIVS RENOVATVM
IOANNES FRANCISCVS
ALDROVANDVS BONONIAE
·IIII· DICTATOR
AERE ·PVBLICO
INSTAVRAVIT·
ANNO SALVTIS M·CCCCLXXXXVIII·
IDIBVS IVNII IOANNE BENTIVOLO
·II· P·P· FELICITER GVBERNANTE

ELOGIVM ACCVRSII.

ACcurſius Florentinus, auditor Iohannis & Azonis, vir magni ingenii & ſingularis induſtriæ. Primus enim in univerſum corpus legum, ipſaſque ſingulas leges, Gloſſas conſcripſit. Profeſſus eſt Bononiæ, ubi & ſepultus eſt, hoc Epitaphio ornatus:

SEPVLCHRVM ACCVRSII
GLOSSATORIS LEGVM
ET FRANCISCI EIVS FILII.




Súper cœmiterio S. Franciſci.

ELOGIVM OTTHOFREDI.



Tthofredus patria Beneventanus Iacobi Balduini discipulus fuit. Professus est Bononiæ magna cum gratia id quod & Lecturæ ipsius satis ostendunt, quæ vivida quadam energia, & lepida docendi ratione sunt refertæ. Mortuus est Bononiæ anno 1265.

Free copy for study purposes only. The Wellcome Digital Collections


DEO TRINO ET VNI
PYRAMIDEM ET SE:
PVLCHRV VETVSTATE
CORRVPTA, QVÆ ALBERTVS,
GENITORI SVO ODOFREDO,
LEGVM PARENTI, ANN·SAL·
M·CC·LXVI·III·NON·DE:
CEMBR: DEFVNCTO POSVIT
LAVRENTIVS ODOFREDVS
DOMINICI F. ODOFREDI
POSTERIOR, ALBERTIO TRI
NEPOS SVA IMPENSA, IN
MELIOREM FACIEM, OPERE
ET CVLTV SPLENDIDIORE
RESTITVIT ANNO GRATIÆ
M·CCCC·XCVII. KAL·SEPTEM
B.
HIERONIMVS LAV:
RENTII DE ODOFRE:
DIS REPARAVIT DIE
PRIMO MENSIS DE:
CEMB: ANNO
M·D·XLVII·

Ibidem.

ELOGIVM


ROLANDINI.

Nihil ejus invenio præter hoc Epitaphium;

S. D. ROLANDINI DE ROMANIS,
LEGVM DOCTORIS, QVI OBIIT

ANNO DOM. MCC. LXXXIV, XIII.
INDICTIONE. XI. DIE INTRANTE SEPTEM.

Free Copy for Study Only - The Warburg Institute Digital Collections


S. D. ROLANDINI D ROMANCIIS DOCTORIS LEGUM
QUI OBIIT AN DNI. M. CC. LXXXIIII. XIII. IN
DITIONE. XI. DIE INTRANTE SEPTEM

81.

Ibidem

ELOGIVM
BARTHOLOMÆVS
DE
PRETIS.


Free copy for study purposes only. The Warburg Institute Digital Collections



Apud S. Franciscum.

ELOGIVM
BERNARDINI
ZANBECCHARI.


Free copy for study purposes only. The Wellcome Library Digital Collections



In templo S. Francisci.

ELOGIVM
CAROLI RVINI
&
ANTONII FILII


Free copy for study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections



Apud S. Joannem in monte: Super porta totum Sepulchrum tectum e holoserico nigro. 84.

ELOGIVM
HIERONYMI
GRATI
IVRISCONSVLTI.

Free copy for study purposes only - The Warburg Institute Digital Collections


HIERONIMVS
GRATVS
IVRECONSVLTVS
M X L I I I I I
In monasterio seruorum super porta.

ELOGIVM

PHILIPPI DECII.

PHilippus Decius Mediolanenſis ſuo tempore inter Iuris civilis Principes Profeſſores, & celeberrima fama fuit. Quod vel hoc ejus Epitaphium teſtari poteſt:


PHILIPPUS DECIUS SIVE DE DEXIO MEDIOLANENSIS IURECONSULTUS CELEBRI FAMA NOTISSIMUS: CUM PRIMVM LOCUM STUDII IN IVRE CANONICO VEL CIVILI TENUISSET PISIS SIENÆ FLORENTIÆ PADUÆ PAPIÆ ET DEMUM ULTRA MONTES JN GALLIA, REVOCATUS JN JTALIAM AB EXCELSA FLORENTINORUM REPVBLICA POSTQUAM STIPENDIUM MILLE QUINGENTORUM AUREORUM JN AURO PRO LECTURA CONSECUTUS FUISSET DE MORTE COGITANS HOC SEPVLCHRUM SIBI FABRICARI CURAVIT NE POSTERIS CREDERET.



Pisis in pariete peristily Campi Sancti 86

ELOGIVM
ANTONII
DE
ALEXANDRO
&
MAGDALENÆ
RECIÆ.

Free content for study purposes only. The Warburg Institute Digital Collections



Neapoli in monte diuoto Alexandri de Alexandro et suorum

87


ELOGIVM
ANTONII BERTRANDI.

Nihil hujus invenio præter hoc Epitaphium, quod exſtat Neapoli:

ANTONIUS BERTRANDUS BARCHIONIS,
IURIS UTRIUSQUE DOCTOR PERITUS,
DE REGE SUO BENE MERITUS, HOC
MONUMENTUM FECIT SIBI SUISQUE
M CCCC LXVII. MAII D. XXIV.

Free copy for personal use. Courtesy of The Warburg Institute Digital Collections

BARCHIONIS IVRIS VTRIVSQ DOCTOR PERITVS DE REGE



SVO BENE MERITVS HOC MONVMENTVM

ANTONIVS BERTRANDVS

FECIT SIBI SVISQ. M.CCCC LXVII. M. MAII D. XXIIII.

Neapoli

MONVMENTA
ALIQVOT
SEPULCHRALIA
VETERUM ROMANORUM
ÆRI INCISA.

Free copy for private studies only - © Getty Research Institute Digital Collections

4. Latus.

REIECTI AB
OPIDANIS AMNE
ILLAC TRAIICIT A
CIES INSTRVCTAS
IIVC DVCIT ET PRO RE
GE HISPANO PONTIFI
CIOQ EXERCITV IN
DICTO BELLO
CONFLIGIT

PAVLO IIII PONT MAX SEDENTE P
DONATVS CAESIVS EPISCOPVS NARNIEN
SIS VTR SIG REF DVM AEMILIAE
PRAESIDERET LOCVMQ HVNC CONFLICTVS
RAVENNATIS CELEBRITATE CLARVM
DILIGENTER EXPLORASSET NE TANTAE
REI MEMORIAM VETVSTAS TEMPORVM
ABOLERET HOC ERECTO MARMORE
CONSERVATAM CVRAVIT

2. Latus.

HEVS VIATOR
TRANS FLVMEN
CASTRAMENTATVS CA
GASTO FOISEVS GALLO
RV DVCTOR RAVENAM
EXPVGNAT MVRVM
APERIT TORMENTIS
ET CONATVR
IRRVM
PERE

VIDEBIS HOSPES HVC PARVM ATTOL LENS
CAPVT INSCRIPTVS ISTE QVID VELIT
LAPIS SIBI RESECET ILLAM NEMPE
CLADEM MAXIMAM GALLI ATQ IBERI
EXERCITVS AEMILIAM QVAE PENE
TOTAM MACVLAVIT SANGVINE.

3. Latus.

HINC POST
CRVENTAM GAL
LORVM VICTORIAM
CASTONE PEREMPTO
HISPANORVM RELIQVI
AE EVASERVNT POS
TREMO CAPITVR RA
VENNA A VICTORI
BVS ET DIRIPITVR
ABI

GESTA FVERVNT HAEC PRID IDVS
APRILIS ANNO A PARTV VIRGINIS
SVPRA SESQVIMILLESIMO IMPERATE
IVLIO SECVNDO PONTIFICE MAXIMO
CHRISTIANORVM REMPVBLICAM
GVBERNANTE

HIC CLAD
HORRENDA HIC
ILLE PERCELEBRIS
AGER EST VIATOR
IN QVO ACERRIME
VTRINQ EST PVG
NATVM VIGINTI
HOMINVM MIL
LIA CONCE
DERVN

HAC PETRA PETRVS DONATVS
IBEROS GALLOSQ NON CAESOS CAESIVS
HAEC MEMORAS.

80.

A Rauenna duob⁹ milliarib: quadrangularis erecta columna in cuius lateribꝫ singulis bina inscriptiones leguntur, Vna in columna medio altera in eiusdem basi.



ASPICE VIATOR Q. SER. TVLLII & DVLCICVLAESPON.
MEO & RANCILIAE VIRG. SIMVL AC POST INDE QVID
FACIAT LICENTIOSA SORS LEGITO. INIPSA FLORIDA
AETATE CVM ACRIOR VIS AMORIS INGRVER. MV.
TVO CAPT. TAND. SOCERO. E. & M. SOCR. ANNVEN.
TIB. SOLENNI HYMEN. NVPT. COPVLAMVR. SED O
FATVM INFELIX NOCTE PRI. CVM IMPORT. VO
LVPTATIS EX LI. FAC. EXTINGVERE ET D. M. V. VOTA
COGEREMVR. REDD. HEV IPSO IN ACTV DOM: MARI-
TALIS CORRVENS AMB. IAM EXTRE. CVM DVLCITVDI
NE LETISS. COMPLICATOS OPPRESSIT FVNESTAS
SOROR NEC NOVI QVID FECISS· PVTA. NON ERAT
IN FATIS TVM NOSTRA LONGIOR HORA CARI PAR-
ENTES LVCTV NEC LACHRIMIS MISERA AC LARVA
TA NOSTRA DEFLEATIS FVNERA NE REDDA
TIS INFELICIORA AT VOS NOSTROS DIVTVRNIO-
RES VIVITE ANNOS. OPTIME LECTOR AC VIVE
TVOS.

D M

Romæ


D M

QVISQVIS LEC:
TVRVS ACCEDIS CAVE
SI AMAS AT SI NON AMAS
PENSICVLA MISER QVI SINE
AMORE VIVIT DVLCE EXIT
NIHIL AST EGO TAM DVLCE AN-
HELANS ME INCAVTE PERDIDI ET
AMOR FVIT EQVO DVM ASPEC-
TVI FORMOSISS: DVRMIONIAE
PVELLAE VIRGVNCVLAE SVMMA
POLVORIA PLACERE CVPEREM
CASV DESILIENS PES HÆSIT
STAPIAE TRACTVS
INTERII.


IN REM TVAM MATVRE PROPERA. VALE.

Romæ.

91



INFER: D: DEAB. Q.
CAVIBIVS ADVLESCENS
IN TEMPERATO AMORE
PERCITVS PVTILLIAE
SEX. PVELLAE GRATISS.
QVOD ALTERI VLTRO
TRADIT NON SVSTI-
NENS, CRVENTO GLA-
DIO SIBI MET. MORTEM
CONSCIVIT VIX. ANN.
XIX. M. II. D. IX. HORAS
SCIT NEMO:


Romæ. 92.


AVARI PATRIS ET FILII.
QVI DVM VITA DATA EST, SEMPER VIVEBAT AVARVS,
HÆREDI PARCENS, INVIDVS IPSE SIBI,
HIC ACCVMBENTEM SCVLPI GENIALITER ARTE
SE IVSSIT DOCTA POST SVA FATA MANV.
VT SALTEM RECVBANS IN MORTE QVIESCERE POSSET,
SECVRAQ. IACENS ILLE QVIETE FRVI:
FILIVS A DEXTRO RESIDET, QVI CASTRA SECVTVS
OCCIDIT ANTE PATRIS FVNERA MOESTA SVI.
SED QVID DEFVNCTIS PRODEST GENIALIS IMAGO?
HOC POTIVS RITV VIVERE DEBVERANT.

Romæ.

93.


M·AVRELIVS ROMANVS, ET ANTISTIA CHRESIME VXOR
EIVS FECERVNT SIBI ET LIBERTIS SVIS POSTERISQVE EOR
ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQ POSTERISQ·E·
MONVMENTVM CVM ÆDIFICIO SVPERPOSITO·
HOC AVTEM MONVMENTVM CVM ÆDIFICIO, NEQVE
VENIET, NEQVE DONABITVR, NEQVE PIGNORI OBLIGABITVR:
SED NEC VLLO MODO ALIENABITVR, NE DE NOMINE
EXEAT FAMILIÆ SVÆ·
Rom.
94.


M. CANVLEIVS ZOSIMVS
VIX. ANN. XXXVIII. FECIT
PATRONVS LIB. BENEMERENTI.
HIC IN VITA SVA NVLLI MALE
DIXIT, SINE VOLVNTATE PA-
TRONI NIHIL FECIT, MVLTVM
PONDERIS AVRI ARG. PENES
EVM SEMPER FVIT, CONCVPIIT
EX EO NIHIL VNQVAM. HIC
ARMORVM CÆLATVRA OMNES
CLODIANAS EVICIT.

Rond.

D. M.

ATIMETVS PAMPHILI TIB. CAESARIS AVGVSTI L.L.
ANTEROTIANVS SIBI ET CLAVDIAE HOMONEAE
CONLIBERTÆ ET CONTVBERNALI.

PERMISSV PATRONI.
IN FRONTE LONGVM P. V. LATVM P. IV.

TV QVI PROCEDIS SECVRA MENTE PARVMPER
SISTE GRADVM QVAESO, PAVCAQVE VERBA LEGE

HOMONEA.

ILLA EGO QVAE CLARIS FVERAM PRÆLATA PVELLIS
HOC HOMONEA BREVI CONDITA SVM TVMVLO;
CVI FORMAM PAPHIAE CHARITES TRIBVERE DECORAM,
QVAM PALLAS CVNCTIS ARTIBVS ERVDIIT.
NON DVM BISDENOS AETAS MEA VIDERAT ANNOS,
INIECERE MANVS INVIDA FATA MIHI.
NEC PRO ME QVEROR HOC, MORTE EST MIHI TRISTIOR IPSA
MOEROR ATHIMETI CONIVGIS ILLE MEI.

ATHIMETVS.

SI PENSARE ANIMAS SINERENT CRVDELIA FATA,
ET POSSET REDIMI MORTE ALIENA SALVS.
QVANTVLACVNQVE MEÆ DEBENTVR TEMPORA VITÆ
PENSASSEM PRO TE CARA HOMONEA LIBENS.
AT NVNC QVOD POSSVM, FVGIAM LVCEMQ. DEOSQVE,
VT TE MATVRA PER STYGA MORTE SEQVAR.

HOMONEA.

PARCE TVAM CONIVNX FLETV QVASSARE IVVENTAM
FATAQVE MOERENDO SOLLICITARE MEA.
NIL PROSVNT LACHRYME, NEC POSSVNT FATA MOVERI,
VIXIMVS, HIC OMNES EXITVS VNVS HABET.
PARCE, ITA, NON VNQVAM SIMILEM EXPERIARE DOLOREM,
ET FAVEANT VOTIS NVMINA CVNCTA TVIS.
QVODQVE MEAE ERIPVIT MORS IMMATVRA IVVENTAE,
ID TIBI VICTVRO PROROGET VLTERIVS.

ATHIMETVS.

SIT TIBI TERRA LEVIS MVLIER DIGNISSIMA VITA
QVAEQ. TVIS OLIM PERFRVERERE BONIS.

Romæ.


GRACILIS MARITVS PROBINÆ
CONIVGI

PERPETVAS SINE FINE DOMOS MORS INCOLIT ATRA
AETERNOSQVE LEVIS POSSIDET VMBRA LARES
VITA SVBIT COELVM CORPVS TELLVRE TENETVR
OMNIA SIC REPETVNT IVRA LOCOSQ SVOS
SIC RERVM NATVRA IVBET SIC TEMPORIS ORDO
QVAE MODO SVNT PEREVNT: QVAEQVE FVTVRA CADENT:
SVSCIPE NVNC CONIVNX, SI QVIS POST FVNERA SENSVS
DEBITA SACRATIS MANIBVS ELICIA
MVLTORVM INVIDIA TANDEM CARVISSE MEMENTO
NIL QVIDQVAM PAVEAS TEMPLA QVIETIS HABES
HIC PROBINA IACET GRACILI CITO RAPTA MARITO
DIEBVS POST PAVCIS EST COMITATA SVOS
INVIDA SORS RERVM FATIS QVID MERGIS ACERBAM
NEC TE CONIVGII FLECTERE NOVIT AMOR
HEV MISERANDA MIHI AVSPICIIS CONIVNCTA SINISTRIS
QVO FATO TRAHERIS HOC VENIENTE PERIS
QVID PROBINA TIBI FOECVNDA VISCERA PROSVNT
CONCIPIS AFFECTVM, LVCTVS ET IPSE PARIT
NILTE DVRA MOVENT COMMVNIS FVNERA LETHE
CVM TVVS IN NOSTRO PECTORE VIVAT AMOR

HAEC EVIT IN LVCE ISTA ANNOS. XVII. M. X. DIES. XX
IN QVIBVS CVM MARITO VIXIT DIES CENTVM
AEGROTAVIT DIES. XXXX. VERE QVIEVIT IN PACE

Romol.

97



IVLIÆ.

IVLIA QVÆ FVERAS LONGA DIGNISSIMA VITA,
OCCIDIS E NOSTRO RAPTA PVELLA SINV.
SED COMES ÆTHEREÆ NVNC DEGIS IVNCTA CORONÆ,
NVNC HELICEN PROPIVS CERNIS, ET ANDROMEDEN.
ME CRVCIAT CONIVNX MISERVM, ME ABSVMIT AMANTEM
SÆVVS AMOR NVLLIS IGNIBVS INFERIOR.
NANQ. EGO SEV REBVS FVERAM DISTRICTVS AGENDIS,
SEV DEDERAM VACVO LANGVIDA MEMBRA THORO:
TV MIHI SEMPER ADES, TVA PRÆSENS SEMPER IMAGO EST,
QVÆ MISERO MOVEAT FLEBILE CORDOLIVM.
IMPIA CVR TENEROS Ó MORS DISTINGVIS AMANTES,
QVOS BENE CONVENIENS CONCILIAVIT AMOR.

HIC EST ILLA SITA PIA, FRVG. CASTA,
PVDIC. SEMPRONIA MOSCHIS, CVI PRO
MERITIS AB CONIVGE GRATIA RELATA' ST.

Romæ.

98.

COCCEIÆ ENICÆ DOMITIÆ F. CHRYSÆ.
VIX. ANN. XXIV. M. IIII. D. XXIV,

HERMES COCCEIÆ BASSÆ ACT. CON.
IVGI BENEM.

AETERNAM TIBI SEDEM HERMES, ARAMQ. DICAVI
NICE: OPTASSEMQ. VTINAM TVA FATA SVPERSTES.
VT MIHI TV FACERES. SED INIQVA SORTE, MALIGNA
RAPTA IACES, ANNIS IAM VIDVATA TVIS.
IAM TIBI CYBELES SINT ET ROSA GRATA DIONES,
ET FLORES GRATI NYMPHIS, ET LILIA SERTA.
SINTQ. PRECOR MERITIS, QVI NOSTRA PARENT TIBI DONA,
ANNVA, ET HIC MANES PLACIDA TIBI NOCTE QVIES.
ET SVPER IN NIDO MARATHONIS CANTET AEDON. CANT,

R'ond.

99.

P. ATILII
P. F. O. V. F.
SEPTICIANI
GRAMATICI LATINI
CVI ORDO COMENS
ORNAMENTA
DECVR. DECREVIT
QVI VNIVERSAM
SVBSTANCIAM
SVAM AD REMPVB.
PERTINERE VOLVIT

Digital Collections The Van Pelt-Dietrich Library Center University of Pennsylvania

Comi.

Joo.

ANIMAE SANCTAE COLENDAE

D. M. S.

FVRIA SPES L. SEMPRONIO FIRMO
CONIVGI CARISSIMO. MIHI VT COGNO-
VI PVER PVELLA OBLIGATI AMORE
PARITER CVM QVO
VIXI TEMPORE MINIMO. ET
QVO TEMPORE VIVERE
DEBVIMVS A MANV MALA
DISPARATI
SVMVS. ITA PETO VOS
OMNES SANCTISSIMA
COMMENDAT: NOS HABEATIS
MEVM COMITEM, ET VELITIS
HVIC INDVLGENTISSIMI ESSE,
HORIS NOCTVRNIS
VT EVM VIDEAM
ET ETIAM ME FATO SVADERE VELIT,
VT ET EGO POSSIM DVLCIVS ET
CELERIVS APVD EVM PERVENIRE.


Romæ.

101.


PATER FILIO

QVAMVIS NATE TVOS MORS INVIDA RVPERIT ANNOS
ABSTVLERINTQVE TVVM DVRA SEPVLCHRA DECVS
NON TAMEN HIS SECVM POTVIT DEDVCERE LAVDES
QVAS VIVENS SEMPER FAMA SVPERSTES HABET.
MAIOR ENIM LONGA VENIENS DE STIRPE SENATOR,
AVXISTI MENTIS NOBILITATE GENVS.
IVDICIS IMPERIVM SERVANS BONITATE MAGISTRA,
CVM TIBI SVBIECTIS TV QVOQVE MILES ERAS.
VRBANOS FASCES GAVDENS TIBI ROMA PARABAT,
CONSILIO FRATRIS NVNC MODERATA TVI.
FIDVS AMICITIÆ CVSTOS, AMBITOR HONESTI,
IVSTICIÆ CVLTOR, PACIS AMATOR ERAS.
GRATVS, DVLCIS, OVANS, HVMILIS, PIVS: HEI MIHI QVANTIS
PRIVAVIT MISERVM MORS INIMICA BONIS.
TE LVXITQ. PATER, SOBOLES, CONIVNXQVE FIDELIS,
TE MIXTIS LACHRYMIS LONGE ET AMATA DOMVS,
NIL TIBI DEFENDENS FAMVLVM MIHI NATE PARASTI,
VT TIBI SERVITII CRESCERET ALTER AMOR.

Rond


D. M.
P. ACTILIO RVFO. ET ACTILIAE
BERONICAE VX. VIXER. ANN.
XXIIII. SED PVBL. MEN. X. AN-
TE NATVS EST. ET EADEM HORA
FVNGOR: ESV AMBO MORTVI
SVNT. ILLE ACV. ISTA LANIFI-
CIO VITAM AGEBANT. NEC EX
EOR. BONIS PLVS INVENTVM
EST QVAM QVOD SVFFICERET
AD EMENDAM PYRAM ET PICEM
QVIB. CORPORA CREMARENTVR.
ET PREFICA CONDVCTA ET
VRNA EMPTA ATQ. INDVLGEN-
TIA. PONTIFIC. LOCVS DATVS EST.

Pedis.




Venetijs

DIIS MANIBVS SACRVM

M ARCVTIVS SALVTARIS FECIT SIBI
ET TERTVLLÆ CONIVGI SVÆ
BENE VALEAS RELIGIOSE QVI HOC LEGIS
BENE SIT FILIIS FILIABVS MEIS QVI ME BENE COLVERVNT


104

Romæ


VALERIANVS WLIANVS ITALICO FILIO,
ET HONORATÆ MAMMVLÆ EIVS.
DISPAR DAMNA LEGES, PARCARVM CRIMINA DISPAR,
HÆC RIDENDA MIHI EST, HIC LACRVMANDVS ERIT.
HÆC NANQVE EMERITOS BIS, XXXX, PER ANNOS
VIXIT, AC HIC TERNO CONSVLE NATVS OBIIT.
CVR MODO TAM PRÆCEPS PVERVM, TAM SCÆVA TVLISTI
FVNERIS AMBORVM DIC REA PERSEPHONE?
VIX LVCEM VIDISSE, SATIS QVI VIVERE POSSET:
VIVERE QVÆ NOLLET, VIX POTVISSE MORI.
DIS MANIBVS.
PAVLINÆ VALERIÆ DVLCISSIMAE
PARENTES MOESTISSIMI.
DECIPIMVR VOTIS ET TEMPORE FALLIMVR ET MORS
DERIDET CVRAS, ANXIA VITA NIHIL.

105.

Riond.



LEZBIÆ OS SA HIC SITA SVNT.

HOSPES STA, ET LACHRYMA, SI QVICQVAM HVMANITVS ĮNTE'ST
OSSVA DVM CERNIS CONSITA MOESTA MIHI.
QVOIVS LAVDATI MORES, ET FORMA PROBATA'ST
ANCHIALO, QVEM CVRA ANXIA DEBILITAT.
LESBIA SVM, QVÆ DVLCES MORES SOLA RELIQVI;
ET QVOD VITAM, VIVENS PARVI IN OFFICIEIS,
SET NOMEN QVÆRIS, SVM LESBIA: SI DVO AMANTES,
ANCHIALVS DVLCIS CVM SVAVE HOMINE SPVRIO.
SED QVID EGO HOC CERNO! MEA SVNT HIC ÓSSVA IN OLLA
CONSITA: VIVE HOSPES, DVM LICET, ATQ· VALE·

ANCHIALVS LEZBIÆ. F.

DVLCE CAPVT, MANES ZOE BENEDICTA MORARIS,
TV SECVRA IACES, LIQVISTI MORTE QVERELAS
PRÆCESTI HOSPITIVM DVLCE PARARE TVLS.

166.

Romæ.

DIS MANIBVS.


ONESIMVS ANICETVS CARISS;
FECIT DOMINO.

O VTINAM VIVO POTVISSEM PRÆMIA MORVM
REDDERE, NVNC LACHRYMAS ACCIPE PRO MERITIS.
NAM SEMPER FATEOR TACITA TE MENTE PROBAVI,
DETEXIT SENSVS VLTIMA FLAMMA MEOS.
TV COLVMEN RERVM, SEMPER TV CVRA MEARVM,
NVNC ERIS ET LVCTVS TV QVOQVE CAVSA MEI.

FILIVS PATRI.

SIC PIA, SIC FELIX, SIC QVOD TIBI VITA BEATA
CONTIGIT, ET CVNCTIS AVXILIANS BONITAS.
NOS TAMEN HIC CRVCIAT DOLOR ANXIVS, ET PIA CVRA,
QVOD TE FESTINANS, ABSTVLIT ATRA DIES.
NVMINA NVNC INFERNA PRECOR, PATRI DATE LVCOS,
QVIS EST PVRPVREVS PERPETVVSQVE DIES.
QVOD CERTE HIC MERVIT: CVNCTA' ST DATA CVRA SEPVLCHRO,
EXTRVXERE FAVI DE SICVLIS APIBVS.

Rome.



AVLI EGNATII.

AVLVS PALATEINA EGNATIVS PRISCILIANVS,
ARTE SVPER GEMINA NOBILIS, ET SOPHIA.
DVM VIXI, DIDICI, QVÆ MORS, QVÆ VITA HOMINI ESSET,
ÆTERNA VNDE ANIMÆ GAVDIA PERCIPIO.

Romæ



D. D. S.

VRNA BREVIS GEMINVM QVAMVIS
TENET ISTA CADAVER:
ATTAMEN IN COELO SPIRI-
TVS VNVS ADEST.
VIXIMVS VNANIMES LVCIVSQ.
ET FLAVIVS: IDEM.
SENSVS, AMOR, STVDIVM,
VITA DVOBVS ERAT.

R. delin.

CLODIÆ SECVNDÆ.

O QVANTA PIETAS FVIT HAC ADOLESCENTIA,
FIDES, AMOR, SENSVS, PVDOR ATQVE SANCTITAS.
NOLI DOLERE AMICA EVENTVM MEVM,
PROPERAVIT ÆTAS, HOC DEDIT FATVM MIHI.

F. Feramond.




MORS VITAE CONTRARIA
ET VELOCISSIMA CVNCTA
CALCAT, SVPPEDITAT, RA-
PIT, CONSVMIT, DISSOLVIT,
MELLIFLVE DVOS MVTVO SE
STRICTIM ET ARDENTER AMAN
TES HIC EXTINCTOS CONIVN-
XIT.

Romæ.

FOELIX NI-
MIVM PRIOR
AETAS.

OMNIS AETAS DE
SVO TEMPORE
CONQVESTA EST.



NVLLI PRÆCLVSA EST VIR-
TVS, OMNIBVS PATET, NON
QVÆRIT DONVM, NON CEN-
SVM, SED NVDO HOMINE
CONTENTA EST.





III

Romæ.


SENICAPRI QVICVMQ SVBIS SACRARIA FAVNI,
HAEC LEGE ROMANA VERBA NOTATA MANV.
HERSILVS HIC IACEO MECVM MARVLLA QVIESCIT
QVÆ SOROR ET GENITRIX, QVÆ MIHI SPONSA FVIT
VERA NEGAS, FRONTEMQ TRAHIS: ÆNIYGMATA SPHYNGOS
CREDIS, SVNT PYTHIO VERA MAGIS TRIPODE.
ME PATER E NATA GENVIT, MIHI IVNGITVR ILLA,
SIC SOROR ET CONIVNCX, SIC FVIT ILLA PARENS.
Romæ

D. M.
MITRIVS PIVS DIVES IAM HABES DECREPITVS ET
MENDICANS LVCE CARENS A TRIBVS LIBERIS
ET DVABVS LIBERTABVS EXPVLSVS, SITI PERII,
SACRVM MIHI MET CONSTITVI HIC HVMATVS
SVM CINERES ET OSSA HOS NATOS RENVO, IN
HOC VT REQVIESCAT VOLO, SOBOLEM NEGO
PRIVO POSTEROS, OMNES ME LEGITOTE
ET SINITE, VIX. ANN. CXXV. MENS. III.
DI. II. ET NEMINI POSTERI.
CII
Veronæ.


D. M.
QVI ME VOLENT
VALETE MATRONÆ MATRESQ.
FAMILIAS. VIXI ET VLTRA
VITAM NIHIL CREDIDI. ME
VENERI ALVMNÆ ADDIXI,
QVOS POTVI PELLEXI FILTRIS
ET ASTV. VIRO HVMATO.
NON VIDVA FVI. NEC MARITI
NOMEN ADEPTA. QVESO NON INVIDETE.
PORTIA FAMILIA EST VENERIS DOMVS.
ILLICIVM CVPIDINVM. CAVE VIATOR
NE ME DIV CALCATVM CALCES.
Brixiæ
ET APPARABANT ASCAM ET IMPONE,
BANT IN PVRPVREO NIDO VT PER,
FERANTVR, SI QVA SVNT AD INFEROS
DATE TERÆ FRVCTVM, VT TERRA
REDDERE POSSIT AB ALTO SPERES
ALTERI QVOD FECERIS.
113
Beneuenty. Romæ.


Q. CETRONIVS Q.F. PVB. PASSERIS
MIL. COH. III. PR. ANNIS. XVIII. MISSVS
DVOBVS GEMINIS SIBI ET
MANSVRIAE. M.F. MARCELLAE
VIXI QVOD VOLVI SEMPER BENE PAVPER HONESTE
FRAVDAVI NVLLVM QVOD IVVAT OSSA MEA
IN. F. P. XI. IN AGR. P. XIII. S.
FLORIDI
QVOD VIXI FLOS EST: SERVAT LAPIS HOC MIHI NOMEN
NOLO DEOS MANES, FLOS SATIS EST TITVLO
114
Romæ



Beneuenti in arcu Triumphali.

Romæ prope fori Iudeorum.

F. I. DICAT.
CINERES ET OSSVA LAODICEAE PHILOCAPIAE
HIC SITA SVNT PERPETVAE MEMORIAE FACTI
ET INFAMIAE CAVSA, QVAE INSACIABILI VENERE
EXHAVSTA SVBTER VIVO VIRO MORTVA EST
VIX. ANN. XXIII. MEN. VIII. D. III.
INFELICISSIMI PARENTES TACITO NOMINE
EXTRA SORTEM AD RVDERA POSVERE
Ó, VORAGINEM EXVRIENTEM.
S. S. S.
E S T F F E F F
R. R.

Ranemm


HEVS VIATOR MIRACVLVM
HIC VIR ET VXOR NON LITI-
GANT. QVI SVMVS NON DICO.
AT IPSA DICAM. HIC BEBRIVS
EBRIVS ME EBRIAM NVNCVPAT
NON DICO AMPLIVS, HEV
VXOR. ET IAM MORTVA
LITIGAS.

Romæ



ANNIAE
AGATHONICES·

VITA BREVIS LONGO MELIOR MORTALIBVS ÆVO,
NAM PARVO SPATIO FLORVIT HEC ANIMA·
BIS DENOS PERFVNCTA ANNOS SINE CRIMINE MORVM
VITA BEATA FVIT SPIRITVS HIC NITVIT·
AT PATRVM MISERANDA ÆTAS ANIMA CRVCIATVR,
POENA QVE DE LONGO TEMPORE LONGA DATA EST
DE SENIO LVCTVS SENIVM FLETV RENOVATVR,
VTRAQVE RES MORTIS DVLCIOR EXITIO·
DAT TAMEN HÆC PATRONÆ PIETAS SOLACIA FIDÆ;
IVGERA QVOT TERRÆ DEDICAT HIC TVMVLVS·



Comi.

FVI NON SVM. ESTIS NON ERI,
TIS. NEMO IMMORTALIS.

117.

Neapoli.

D M

.C. VIBIVS. C.L. HELENIVS. C. VIBIVS. C.C.L. FELIX
VIBIAE C.D.L. LATINAE FECIT VIXIT ANN XIX

QVÆ TIBI CVNQVE MEI POTVERVNT PIGNORA AMORIS
NATA DARI POPVLO SVNT LACRVMANTE DATA
ET VOLVI MAIORA NIMIS SED CVRA MEORVM
FIDA TVEI PROHIBET ME CINEREM ESSE ROGI
VIXISSES VTINAM ET POTIVS MEA CARTA TACERET
QVAM MIHI SCRIBENDI CAVSSA LATINA FORES
VIXISSES, NEV TE SVRGENTEM IN VOTA TVORVM
ASPICEREM ADDICTAM MANIBVS IRE SACREIS
SED QVONIAM PARCIS VETITVM EST NIHIL ACCIPE NOS
AETERNAS EHEV CARMINIS EXEQVIAS. TRI

APVSVLENA GERIA VIXI ANN XXII QVOD QVISQVE VESTRVM
OPTAVERIT MIHI ILLI SEMPER EVENIAT VIVO ET MORTVO

118

Romæ.

MEMORIAE.

L. ALFI L. F. O. V. F. MARCELLINI
VI. VIR. AVG. PATRON. COLLEGI
DENDROPHOR. COMENS.
IN PRIMO AETAT. FLORE PRAEREPT.
AELIVS RESTITVTVS PATER
MISERRIMVS ET SIBI.

MORBORVM
VITIA ET VITAE
MALA MAXIMA
FVGI:
NVNC CAREO
POENIS PACE
FRVOR PLACIDA.

Comm.

IVLIA PROCILLA VIXIT ANN. XIX.

AMARANTHVS CÆSARIS ÆDITVVS OB CONCORDIA
CONIVGI BENEMERITÆ POSVIT.

HVNC TIBI PERPETVO TITVLVM GRATISSIMA CONIVNX,
CORPORIS EXTINCTI DEDICAT IPSA FIDES.

VIXISTI MECVM IVVENIS, CAROSQVE PER ANNOS,
QVOS VITA EXEGI DVLCITER IPSE MEA.

OPTO, SI QVA FIDES REMANET TELLVRIS AMICÆ,
SIT TIBI PERPETVO TERRA LEVIS TVMVLO.

DIS: MANIBVS.

POPILLA FELICVLA PIA SANCTA CARA SVIS
ET MENOPHILO CONIVGI COLLIB. SVO V.A.XIIX

HVNC TIBI NVNC TITVLVM STATVO CARISSIMA CONIVNX,
LVCTVOSVMQVE MIHI, QVI SCIO QVID FVERIS.

EXTREMVM OFFICIVM QVONIAM TIBI REDDERE COGOR,
ET MERITO HOC FIERI TESTIS ET IPSE LOQVOR.

NVNC VOS CONTESTOR MANES, QVIBVS OSSA RELINQVO,
TELLVS HVIC TVMVLO NE GRAVIS ESSE VELIS.

120.

Romæ.

ANNIA ISIAS FLAVIÆ
DIONYSIADI VERNÆ. F. M.

HIC IACET EXVTIS DIONYSIA FLEBILIS ANNIS,
EXTREMVM TENVI QVÆ PEDE RVPIT ITER.
CVIVS IN OCTAVA LASCIVIA SVRGERE MESSE
COEPERAT, ET DVLCES FINGERE NEQVITIAS.
QVOD SI LONGA TVÆ MANSISSENT TEMPORA VITÆ
DOCTIOR IN TERRIS NVLLA PVELLA FORET.
VIXIT AN: VIII. M XI. D. XV.

MARITÆ DEFVNCTÆ.

LVGENT SIBEI ESSE TALEM EREPTAM FILIAM
MEI PARENTES, ET GENETRIX, GERMANAQVE.
DESINITE LVCTV QVÆSO LACRVMAS FVNDERE,
IN VITA SEI IVCVNDA, ET VOLVPTATEI FVEI,
VIRO ATQVE AMEICEIS ATQVE NOTEIS OMNIBVS.
NVNC QVONIAM FATVM SE ITA TVLIT, ÆQVO DECET
ANIMO VOS FERRE, CONCORDESQVE VIVERE.

Romd.

TECLÆ.

HIC IACET EREPTA SVPREMO FVNERE CONIVNX,
NOMINE TECLA: MIHI QVÆ CARO PECTORE PRÆGNANS
EMISIT GEMINVM PIGNVS, SI FATA DEDISSENT,
CRVDELIS TABES CONSORTEM SVSTVLIT VNVM.


D. M.

IVLIÆ FELICVLÆ CONIVGI. B. M. EIVSDEM FILIO NEPTV-
NALI PATER FECIT EVARISTVS PVBLIC. IVLIANVS
SIBI ET P. Q. EORVM.


HOSPES AD HVNC TVMVLVM NE MEIAS OSSA PRECANTVR
TECTA HOMINIS: SED SI GRATVS HOMO ES MIRABILE DAMI.

Romd

122



Apud Gades ad extremum orbis.



123.

In Aragonia.

V. AN. LII.

D. M.

TI. CLAVDI SECVNDI,
HIC SECVM HABET OMNIA,
BALNEA, VINA, VENVS, CORRVMPVNT
CORPORA NOSTRA:
SED VITAM FACIVNT BALNEA, VINA,
VENVS.
FARO. CONTVBENNA FEC.
MEROPECAES ET SIBI
ET SVIS. P. E.

Romæ.

C. IVLIVS HERMIA EPHEBO DVLCISSIMO
FILIO SVO VIXIT ANNIS III. ORCVS
ERIPVIT MIHI IN QVO SPES.

Romæ

124


·AM. PP. D.
ÆLIA, LÆLIA CRISPIS, NEC VIR NEC MVLIER
NEC ANDROGYNA, NEC PVELLA NEC IVVENIS,
NEC ANVS, NEC MERETRIX, NEC PVDICA
SED OMNIA.
SVBLATA NEQVE FAME NEC FERRO NEQVE VENENO
SED OMNIBVS.
NEC COELO, NEC AQVIS, NEC TERRIS
SED VBIQVE IACET.
LVCIVS AGATO PRISCIVS NEC MARITVS NECAMATOR
NEC NECESSARIVS NEQVE MOERENS NEQVE GAVDENS
NEQVE FLENS HANC NEC MOLEM NEC PYRAMIDEM
NEC SEPVLCHRVM. SED OMNIA.
SCIT ET NESCIT QVID POSVERIT.
HOC EST SEPVLCHRVM INTVS CADAVER NON HABENS:
HOC EST CADAVER SEPVLCHRVM EXTRA NON HABENS:
SED CADAVER IDEM EST, ET SEPVLCHRVM SIBI.
Bononiæ.
125.

MARCI ZVERII BOXHORNII
EXPLICATIO
ÆNIGMATIS,

Desumpta ex Quæstionibus Romanis. Quæst. VII.



E mente illius ænigmatis variè inter se contendunt eruditi. Conjecturæ meæ forsan non displicebunt. Quid si tempus ejusque edacitas denotetur? Non injucundum erit si ænigma huc revocemus. Tempus fœminæ nomine Ælia Lælia Crispis vocatur, quia omniũ rerum parens est & mater. Idem neque vir est, neque fœmina, neque androgyna, neque juvenis, neque anus, neque casta, neque meretrix, sed omnia. Hoc est, nulli rei peculiari modo addictum est, sed omnia fert & viros, & fœminas, & juvenes, & castas, & meretrices. Vnum hoc omnia est, quia in ipso omnia. Nihil excludit, quia nihil est quod se huic non includit. Quidquid in orbe terrarum est huic se debet, ab hoc originem & incrementum & finem accipit. Neque cœlo, neque terris, neque aquis, sed ubique jacet. Et hoc cum temporis natura omnino quadrat. Nam sive in cœlo, sive terris, sive aquis simus, tempus numeramus. Quicquid est & quod fuit, hoc ipso, quod esse, aut fuisse dicitur, in tempore est aut fuit. Nusquam autem terrarum tempus ignoratur, & si ignoretur, sentitur. Puta horas, dies, menses, annos, sæcula à quibusdam populis non numerari, tempus tamen est. Quod cum nusquam sit, est ubique, quia ex eo nascitur, quod est ubique. Sublata neque ferro, neque fame, neque veneno, sed omnibus. Nempe infiniti omnino modi sunt, quibus tempus perit. Nec ferro, nec fame, nec veneno, aufertur, sed omnibus perit, & omnia pereunt, quæ in ipso. Nec perit tantum, sed cito. Imo citius periit, quam periisse dixi. Est illud quidem, sed qui esse dixit, dum esse videtur, jam omnino mentitur. Citius enim effluit, quam esse putat. Ne momentum quidem hic interest inter esse & fuisse. Idem semper tempus & nõ idem. Idem, quia omne id ex motu numeratur. Non idem, quia hoc ipso distat, quod tempus vocamus. Faciunt huc verba Isidori Pelusiotæ lib. 3; Epist. 173. *Tempus*, inquit, *partim jam abiit, partim cum jam adesse videtur, latet; cum adhuc exspectatur, jam præteriit.* Tempus non est nisi jam præteritum. Præsens dum dicis, præsens illud jam evanuit. Futurum cum appellas, jam elapsum est, cum loqueris. *Nam*, ut breviter sed eleganter alibi de tempore loquitur Ovidius; *quod fuit ante, relictum est, Fitque quod haud fuerat.* Tempus simul & cadauer sibi est & sepulchrum. Seipsum enim occidit, & dum momentum vix interest inter esse & fuisse, suum sibi cadaver est & sepulchrum. Si enim & dum est, ab alio quam à se contineri non potest, multo minus dũ fuit. Porro facit huc ænigma illud veteris inter Græcos Philosophi, fœminam fuisse, quæ duodecim filiorum erat mater. Nato autem uno alter, qui proxime præcedebat, obtruncabatur. Tandem postremus omnium, cum de parricidio hoc vindictam sumere decrevisset, matrem suam, &, cum aliter fieri non posset, seipsum simul occidit. Quo vix facto statim per vices & filiis omnibus & matri vita est redonata. Nimirum per matrem annus, per liberos duodecim menses, qui mutuo se excipiunt, pereunt & renascuntur, venuste satis hic denotantur. Totum illud paucis versibus aliquando sum complexus, quos argumenti caussa apponam. Loquitur autem mater:

Bis senos peperi, lectissima pignora, natos,
Illa animo nimium pignora grata meo.
Hos tamen, hos omnes cæsidi ex ordine natos,
Hoc veniente alter percutiendus erat.
Vltimus instituit tantas ulcisci iras,
Et tantum nostra morte piare nefas,
Vltimus ille meo, & pariter (sic fata volebant)
Impressit jugulo vimque necemque suo.
Est tamen hoc ipso momento reddita vita,
Et sensum natis reddita vita meis.

An etiam ad umbram ænigma hoc referendum? Videor mihi eo facile posse revocare. Vmbra & nihil est & omnia. Nihil, quia præter umbram non est. Nihil autem est, quod umbram vocamus. Omnia, quia omnia refert, & in omnia se convertit. Et puella & anus, & casta, & meretrix, prout se habent, quæ eam constituunt ex gente fœminarum. Sibi ex alio nascitur & sibi perit: Placuit nobis in hanc rem aliquando versu ludere. Ignoscent autem lectores si poeta non sit, qui quia non est, talis non vult haberi. Ænigma est, per quod umbram volui designatam; Sed conjecturam præoccupare non debebam.

Tu pinge, pingam, cum tamen desint manus:
Tu perge, pergam, cum tamen desint pedes;
Eapse qua tu forma, iisdem passibus.
Sede sedebo, tunde contundam parem,
Consiste sto, connecte connectam simul,
Lachrymas refunde, vel cachinnos, jam meas
Lachrymas videbis & cachinos. Omnia
Præstabo quamvis destituta ab omnibus.

Ita de Ælia Lęlia Crispi aliquando conjeci: in qua excutienda forsan frustra juxta mecum multi eruditorum diligentiam & acumen ingenij sui exercuere: Qui optime conjecerit vates optimus est futurus.

INDEX

Illuſtrium

VIRORUM

vel

FÆMINARUM,

Quorum hîc Elogia & Monumenta, vel horum alterutrum viſuntur.

Numerus Tabulam indicat.

A

ACcius Syncerus Zannazarius, Poëta Chriſtianus, de quo elegans Carmen de partu Virginis & alia habemus. Tab. 11

Accurſius Florentinus, Bononienſis Profeſſor, & primus qui univerſum corpus legum, ipſaſque ſingulas leges gloſſavit. Tab. 79

Actilius Rufus & Actilia uxor. 103

Ægidius de Foſcararis, tam in J. Canonico quam in legibus Imperialibus perfectiſſimus habitus. 69

Æmilius Papinianus Iuriſconſultus. 12

A. Galeatius Caraciolus. 48

Alex. Tartangnus legum Doctor & Iuriſp. tota Italia celeberrimus. 64

Alphonſus Arragonum & Siciliæ Rex. 47

Amantium duorum Monumentum. 110

— infelix Fatum. *vide* Q. Servius Tul. cum Sponſa.

Amatoris Infortunati Monum. 91

— Αυτοφόντε Monum. 92

Anchialus Lezbiæ uxori poſuit Monumentum. 106

Andreas Alciatus Mediolanenſis Iuriſconſultus, Protonotarius Apoſt. & Cæſarius Senator, qui omnium doctrinarum orbem abſolviſſe fertur. 34

Angelus Politianus, cui caput unum & linguas tres habuiſſe gloriæ fuit. 18

Anniæ Agathonices. 17

Antenor, Trojanus ille Vergilio celeberrimus. 1

Antonius Bertrandus Barchionis, I. V. Doctor peritus. Tab. 88

Ant. de Alexandro & Magdalena Récia. 87

Antonius de Butio ſummus ætatis ſuę Iuriſconſultus. 77

Aufidius Fronto. 12

Auguſtinus Beroius, Iurisconſultus & Eques. 60

Aug. Wæcelius, Sacrarum Literarum Profeſſor. 15

Aug. Zanettus, Bon. Pontificii Cæſareique Iuris Doctor. 62

Aulus Egnatius Priſcilianus, ſapientiæ laude clarus. 108

Aulus Perſius, Satyricus diſertiſſimus. 7

Azon, Iuriſconſultorum Numen dictus. 73

B

BAldus Peruſinus. 49

Bartholomæus Salicetus, Bononienſis, vir tam religione & fide quàm doctrina excellens. 53

Bartholomæus de Saliceto Iuris Civ. Interpres & Antiſtes præſtantiſſimus. 57

Bartholomæus de Pretis. 82

Bartolus de Saxo-Ferrato Caroli IV Rom. Imp. Conſiliarius. 51

Bartolus Iurisconſultus. 50

Bebrii & uxoris Ebriæ litigium ſepulchrale. 116

Bernar. de Botono, Canonicus Bononienſis & Decretor. Doctor. 74

Bernardinus Zambecharis. 83

Beſſario Trapezuntinus, Patriarcha Conſtantinopolitanus. 28
Blondus Flavius, Forojulienſis, Hiſtoricus celeberrimus & multorum Pontif. Rom. Secretarius. 24

C

CArolus Ruinus & Antonius Fil. 84
Chriſtophorus Longolius, in ſtudiis Literarum eximia laude clarus. 34
Claudianus, graviſſimus poëta Latinus. 9
Claudia Secunda. 109
Coccejæ Monum. à Marito poſ. 99
Conradus Celtes Cortucius, Poëta. 14

D

DAnthes Aligerius, Poëta Florentinus. 20 & 21
Dinus Cinus & Florianus, Iuriſconſulti Bononienſes. 50
Donatus Cæſius. 89

E

ENnius, vetus ille poëta qui primus Romanorum Heroïcis verſibus luſiſſe dicitur. 4
Euripedes Tragicus. 6
Eraſmus Roterodamus, vir ille omnibus modis magnus. 13
Euricius Cordus, primus Medicinæ Profeſſor in Cattorum Academia. 17

F

FIlius Patri Monumentum ponit. 107
Franciſcus Curtius, ſanctiſſimus Legum Sacr. Interpres. 54
Franc. Petracha Poëta Florentinus, qui literas multo ævo miſerè ſepultas è Gothicis tumulis reſuſcitavit. 19
Franciſco Pontano Pater tumulum pro patrimonio dicat. 42

G

GRatianus Cluſius Cæſarei & Pontif. Iuris Enucleator prope divinus. 78

H

HAdriana Saxona uxor Io. Ioviani Pontani. 41
Heſiodus. 123
Henricus Henrici II. Imp. Fil. 65
Hermolaus Barbarus. 28
Herſilus cum Marulla, quæ ei mater, ſoror, & ſponſa fuit. 112
Hieronymus Aleander Forolivienſis, qui primò Lutetiæ Græcas Lit. docuit: mox Romam vocatus à Leone X Legatus in Germ. miſſus fuit. 27
— Ferrarius, Corrigienſis. 53
— Gratus Iuriſconſultus. 85
— Prundellus Regienſis, Iuris-Conſultus clariſſimus. 63
Homonea, uxor Athimeti. 96
Hulrichus Zaſius, I. C. ſui temporis toto orbe celeberrimus. 54
Hyppolitus Marſilius, Iuriſconſultus. 72

I

IAcobus Sadoletus S.R.E. Cardinalis. 29
Ianus Panonius, qui primus ad Iſtrum Muſas deduxit. 18
Iaſon Maynus, Patricius Mediolanenſis, eques auratæ militiæ & Senator Ducalis eximius. 50
Ioannes Andreas, maximus & diſertiſſimus I. C. 56
— Antonius Flaminius, Forocornelienſis de utraque lingua bene meritus. 61
— Crotus Montferratus, Pontificii Cæſareique juris Monarcha. 59
— De Imola Pont. Cæſareique Iuris conſultiſſimus. 72
— Iacobus de Bucca-bellis Poeta celeberrimus. 31
— Iovianus Pontanus autor Hiſtoriæ, de bello Ferdinandi R. Neapol. contra Ducem Andegavenſem. 40
— Picus Mirandula Græcæ & Lat. linguæ clariſſimus. 33
— Plateus Pontificii civiliſque juris Cultor & Scriptor. 75
— Reuchlinus. 115
Italico Fil. & Honoratæ Mammulæ Valerianus Julianus. 105
Iuliæ Monum. à Marito poſitum. 98
Julia Procilla. 120
Julia Felicula. 122

L

LAodicea Philocapta, libidinis inexhauſtæ Monum. 116
Laſcarus. 28

Laurentius Valla Alphonſi Regis & Pont. Max. Secretarius, Apoſtolicus Orator, eloquentiæ laude clariſſimus. 25
Leonardus Aretinus Græcæ linguæ peritia inſignis. 23
Lucas Gauricus, Epiſc. Geophonenſis & Aſtronomiæ ſtudio clarus. 32
Lucii & Flavii Vrna. 109
Lucio Pontano pater ſui luctus Monum. ponit. 42
Lucretius Poëta antiquiſſimus, qui de Rerum Natura ſex libros poſteritati reliquit. 9
Ludovicus Arioſtus, Poëta inſignis. 16
— Bologninus I.C. ac Eques. 58
— Gonzadinus juris interpres inſignis & Senator Bononienſis. 76
— Gratus totius rei Mathematicæ ſcientia doctiſſimus. 31

M. Aurelius Romanus & uxor. 94
M. Canulejus Zoſimus. 95
Manilius Antonius Sixti IV & Julii II. Pontif. Max. à cubiculo. 30
Marcutius Salutaris & uxor Tertulla. 104
M. Tullius Cicero, Eloquentiæ Romanæ Parens. 3
Mar. Pacuvius, nobilis Tragœdus. 5
Marianus Socinus, juris ſcientia clarus. 66
Marſilius Ficinus, Medicus & Philoſophiæ Platonicæ illuſtrator ſagaciſſimus. 22
Martiæ Pontanæ pater illachrymatur. 45
Martinus Sulimanus cujus præclara in jure extant opera. 71
Mat. Curtius Ticinenſis. 37
Mat. Gerardus Tanaredus, Decretorum Doctor eximius. 74
Meretricis impudicæ Monumentum. 113
Miſtrii Pii Monum. 112
Monum. quod Pater Filio poſuit. 102
Monum. avari Patris & Filii. 93
Muſurus, Poeta Cretenſis, qui ob admirandum carmen, quod Platonis operi præfixit, Epiſcopatu Epidaurenſi donatus fuit. 26

N

Nævius, poeta Comicus, qui primus bellum Rom. carmine cõſignavit. 4

O

Odettus Fuxius. 48
Oneſimus Anicetus Domino Monumentum poſ. 107
Ottofredus, Profeſſor Iuris in Bononienſi Academia. 80
Otto Friſingenſis Epiſcopus. 35
Ovidius Naſo, Eq. Roman. & Poeta toto orbe celebris. 2

P

P. Attilius Rufus & Actilia Beronica uxor. 100
Paulinæ Valeriæ parentes Mon. Poſ. 105
Paulus Jovius Novocomenſis hiſtoriâ quã ſcripſit de rebus geſtis ſui temporis clarus. 35
Petrus Ancharanus Bononienſis, Iuris Pont. & Cæſarei clariſſimus interpres. 68
Petro Compatri viro officioſiſſimo Pontanus conſtantem ob amicitiam Monum. poſuit. 46
Petrus Navarrenus, Dux Hiſpanus, qui primus pulvere tormentario arces & propugnacula evertere docuit. 48
Philippus Decius, Mediolanenſis, I. C. fama celeberrimus. 86
Poggius Florentinus, laude eloquentiæ, literarum Iuriſque civilis & Pontificii clarus. 52
Pontanorum ſepulchrum octo ſententiis in totidem Marmoreis Tabulis inſcriptum. 38
— Ejuſdem ſepulchri alia inſcriptio. 39
Pontia 115
Probinæ Gracilis Mar. 97

Q

Quintus Cetronius. 114
— Servius Tullius cum Sponſa. 90

R

Raphael Fulgoſus, maximi nominis Iuriſconſultus. 54
— Maffæus Volateranus, doctrina & pietate inſignis vir. 36

Rollandinus, Iuris Profeſſor & Propagator inter præcipuos cenſendus. 70
Rollandinus de Romanis, Legum Doctor. 81

S

SEmpronio Furia uxor Monum. 101
Sententiæ Sepulchrales tres. 111
Seraphinus Oductius Stranconius, Med. celeberrimus. 30
Stellæ Pontanæ immaturum occaſum luget Pater. 44

T

TAdæus Pepolus conſervator Iuſtitiæ pop. Bononienſis. 67
T. Livius, Hiſtoriæ Romanæ auctor illeſacratiſſimus. 2

V

VAlerius Cordus, Simehuſius Heſſus, in arte Medica clarus. 17
Vergilius Maro, poetarum Princeps. 10